

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Qua in re situm est passionum Dominum, seu quid requiritur ad hoc, vt
quis verè dici & esse possit dominus & victor suarum paßionum, & qui
effectus sequuntur post acquisitum paßionum Dominium. Cap.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

ximis, eandem ob causam Deus non præbebit tantam gratiam, quanta est necessaria ad auferendum ab iis totaliter fomitem peccati, ut hoc priuilegium sit solius Christi, & Matris eius, sicut & aliud cum eo connexum, ne vñquam aequaliter peccant. Dicit tamen Suarez, Eliam, & Enoch: quamus nunc non sint in statu merendi ex ordinatione Diuinâ, eos tamen minime pati inordinatis somitis motus, nec illam corporis corruptionem, qua aggrauat animam & sensum deprimit multa cogitantes. Quid pulcherrime explicat S. Bernardus: Neque enim corpora, qua corruptiuntur, illas aggravant animas, aut terrena inhabitatio sensus eorum tamquam multa cogitantes deprimit, qui cum Deo ambulare no[n]cuntur. Sublatum est impedimentum omne de medio oculis, vñuersa sublate, materies nulla relincta est, que corum affectum aggrauet, vel deprimat intellectum. Nam & priorem, (id est Enoch) ob hoc raptum Scriptura commorat, ne foris vincas sapientiam malitia, & intellectus eius, vel anima vlt̄a decipi valeat, aut mutari.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Quia in re situm sit passionum dominium: seu quid requiratur ad hoc, ut quis vere dici, & esse posit Dominus, & victor suarum passionum, & qui effectus sequuntur post acquisitum passionum dominium?

Respondeo. Ad perfectum dominium nostrorum passionum, haec omnino requiri, quæ legimus habuisse Dei seruos, tum suprā nominatos, tum alios.

82. Primi, Ne vñquam vlli inordinato motu passionis ad aliquod peccatum committendum allientis, seu inclinantis, consentiant libero consensu, hoc est, ne illis placeat voluntariè ullus inordinatus passionis motus ad peccatum trahens, etiam si ipsum non placet peccatum ad quod trahit. **Elii Dei**, inquit B. Laurentius Iustinianus, tanquam strenui bellatores quodam spiritali vigore præcincti, super mentis sua vigilantes custodiā omnes animi sui inordinatos motus singulaque suggestiones immisissimæ in eorum corda per Angelos malos vñuersaque illecebras carnales impellentes ad facinus, in p[ro]f[und]um initio, cùm se menti representant in speculo reprimendo compescunt, iuxta Prophetæ admonitionē qua dicit: Beatus qui tenebit, & allidet parulos suis ad petram. Idemque mysticè inquit: In matutino interficiebam omnes peccatores terre, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

83. Secundi, Ne vñquam vlo passionis voluntariè acceptato motu perducatur ad actum ullum peccati, ad quod passio inclinat. **Sunt** alii, qui, inquit B. Laurentius Iustinianus, quamus non multi numero comparatione ceterorum, in omni virtute probati atque perfecti, qui pro consuetudine

exercitato h[ab]ent corporis & anima sensus: Hi quidem pugnam sentiunt, sed impugnatori nequaquam, etiam in parvū, a sensu prabent.

Tertiū, Ne vllam voluntariam negligentiam committant, in repressione, & fixatione passionis, contrarectam rationē exurgentis, postquam adutererunt eam exurrexisse quam carētes dominio passionum, et si aliquo modo eam repellunt, non tamen ita vti deberent. **Vacuum** esse passionibus, inquit S. Diadochus, non est non impugnari à demonibus: aliquo oporieret nos sicut Apostolus ait, exisse ex hoc mundo, sed illud potius, ab illis impugnatum non expugnari. In bellatores enim ferri armatos iaciunt hostes sagittas, audiuntque ipsi tactus telorum, imò omnia ferre tela in se emissa cernunt, non tamen feruntur (feruntur autem, qui negligentia refusant passionum motibus: talis enim negligentia peccatum est vulnerans animam) propter armorum, quibus induiti sunt, duritiam.

Quartū, Ne in illis exurgant, vel ordinariè, vel sape, etiam inuoluntarij passionum affectus, vehementer coru[m] mentem inquietantes, & perturbantes, eo modo, quo solet homines imperfectos passio ira, vel tristitia, & doloris dum & vehementer perturbare, ita ut non possint quodammodo liberari ab illis, & toto corpore alterentur diu, quandoque etiam cum detimento sanitatis, & somni. Citat S. Thomas Aristotelem benè hac de re differentem: **Quod non bene quidam determinant virtutes, impaviditates quasdam,** & quietes: quoniam simpliciter dicunt: sed deberent dicere, quod sunt quietes à passionibus, quæ sunt, vt non oportet, & quando non oportet. Et hoc sensu ait intelligendum Aristotelem, dum alio in loco dicit, **Mitem esse qui non patitur, scilicet, secundum Topic. I. passionem inordinatam, & inquietantem, ac perturbantem, quales nō infestat dominos passionum, qui per mortificationem earum, eas suo imperio subiugarunt.** Benè enim ait S. Ioannes gr. 4. col. Climacus: **In iu[m] quidem mortificationis, vel membrorum corporis, vel anima voluntatis, labor est. Medium verò interdum labor, interdum requies: Finis autem, iam omni motu perturbatione, omniq[ue] laboris sensu vacat.** Motus enim passionum in domino earum, non perturbant eum, nec excitant inquietum sensum laboris. Immo quibusdam etiam sensum quodammodo admittunt. Nam vt scribit S. Isidorus Pelusiota: **Cœlestis illa sedes, illa, inquam, bonus omnibus perfusa, molestisque omnibus iniuria, illa mœroris expers & latitiae omnis parens, illa linguam & aures, ac mentem excedens, iis videlicet qui præsens vite certamen legitimè consercent, preparata, acerbitatum huius vite ne sensum quidem habere patitur.** Illis autem sunt similes Domini passionum, vt suprā vidimus ex S. Chrysostomo & Theodoreto.

Quintū, Ne passionibus etiam non vehementibus, nec inquietantibus, sape & diu infestentur, & quasi illas non sentiant. Hoc affectus fuerat dilectus discipulus Iesu, teste S. Dionysio Areo-

epist.10. Arcopagitā sic ad eum scribente: *Et te quidem non adeo insanus sum, ut arbitrer aliquid pati, immo & passiones corporis hac tantum in parte sentire te credo, vi eas solum diuides.* Hoc conati sunt assequi magni Sancti. Inter quos ait S. Dorotheus, *S. Antoniūm. Pachomium. Macarīum, post sacram baptismā, non solum à passionum operationibus, & actibus absoluuisse, sed passiones quoque ipsas radicibus euellere, & impavidiles omnino fieri studuisse.* Non quidem impavidibilitate Stoicā, quam ibidem S. Dorotheus dicit esse impossibilem, sed tali, quæ sita fit, in animi perpetuā tranquillitate, & semper eodē tenore, qui sequitur ex domino passionum, frequentes & diuinos eorum motus inordinatos non permittente: ob quam etiam Theodoretus sui temporis nonnullos Sanctos, *in corpore mortali, & patibili, ostendisse impaviditatem, & incorpoream amulatos esse naturam.*

87. *Sexto, Ne ab aliquibus passionibus (à quibus anteā valdē infestabantur, & perturbabantur, & quibus saepe consensum præbant, & per quas ad peccata certa perducebantur) vñquam deinceps infestentur, ne quidem per motum primō primum.* Ut si quis anteā valdē irasci solitus, & sumere vindictam ob proprias injurias, & odise authores, ac cooperatores iniuriarū, vel saltem involuntariam in se solitus sentire animi auerissem ab illis, postea nihil horum faciat, nihil lentiat, sed potius contrarios positius affectus valdē intensos benevolentia, experietur in se, eum vehementer inclinantes ad beneficiandum suū aduersariis. Quanquam amoris affectus positius erga inimicos, non tam ex dominio passionum directè oritur, quām ex integro habitu Charitatis quo diligitur Deus, & proximus propter illum, vt docet S. Thomas. *Charitate, inquit S. Augustinus, diligimus inuicem, & diligimus Deum, neque enim verā dilectione diligemus inuicem nisi diligenter Deum.* Et hæc causa est, quod Apostolus totius legis impletionem, tribuat dilectionem proximi, a quānus lex etiam Gal. 5.14. dilectionem Dei, & quidē præcipue imperet, b & Gal. 6.2. & iudicio Aristotelis præcipit omnes actus virtutum, c Dominū autem passionum per actus ad hoc condicūt, remouendo prohibēs, d vt loquitur Aristoteles, & S. Thomas in simili casu, e quia passionem irā, & vindictam domat, quā e domitā, facile non resistente subiecto, Charitas expedit suos actus dilectionis erga inimicos, vel potius erga amicos, pro calo nobis per suas persecutions beneficentes, & meritorum ac postea præiormorum cælestium materiarum præbentes, quod longè maius beneficium est, quām sint omnes humanæ laudes, & honores, & cōmoda vita presentis, cum hac vitâ finem acceptura.

Sic, si quis anteā solitus pati passiones carnales amoris, & tentationes inde ortas erga formosas personas, ad primum eorum aspectum, vel colloquium cum illis, si postea in necessa-

riis, & diuini colloquiis, vel aspectibus, nullā prorsus lentiāt inordinati erga eos amoris passionem, immo nullam tentationem carnis immo ne quidem fœdum in corpore motum, vt quid diuersum est à tentatione carnis (quæ nonquam est sine desiderio, et si inuoluntario in viris bonis, alciuius peccati contrarij Castitati, in se vel in aliā personā committendis, iste est effectus dominij passionum, cum quo est semper coniunctus spiritualium rerum ingens amor, & omnis virtutis. Carnis autem amor, vt ait S. Hier. ep. 21. ad spiritus amore superatur.

Quod dominum irā & amoris aliquos Dei seruos per valdē multos annos, etiam in viuidā, & floridā atate, & in complexione corporis calidā, & ardentē, & sanguinē, & biliofa, habuisse, mihi tam certum est, quām certum est, me hoc ipsum nunc clara die scribere. Et patet ex vitiis variorum Sanctorum ac Sanctarum. Et sciant benē Confessarij talium personarum, & Patres spirituales, dum eis manifestare conscientiam coguntur.

Dices Primiō, Hoc fuisse proprium iustitiae originalis, ne tunc villa passiones anteuerterent rationem, nec exurerent, nisi imperante ratione, & voluntate, eo modo, quo in Christo Th. 3. p. q. Domino exurgeant, ergo non viderit id concilium, cedendum dominio passionum acquisito post eccl. in 2. d. peccatum.

Respondeo, S. Thomas, Scotus, & Gabriel negarent antecedens: sed quidquid sit de illo, nunc Gab. diff. concedunt omnes, efficacia virtutum acquisitio, 30. q. 1. tarum, ne usū prædicti perdantur aliquando Val. 10. 4. per passiones ad peccatum, & si hoc quoque p. 3. §. 8. Prop̄st̄abat Adamo originalis iustitia, antequam strenuo peccasset, sine præiudicio originalis iustitiae posset, test concedi habentibus passionum dominū, ne à certis passionibus præuentibus vñsum rationis circa certa obiecta, idque tantum certis temporibus infestentur. Hoc enim iustitia Originalis præstantiori modo habuit, quām habeat dominum passionum, tum quia in mea sententiā, tempora vitæ humanæ ante peccatum primum Adami id præfabant, (et si hoc negat Scottus & Gabriel supr̄ citati) tum quia iustitia Originalis omnes prorsus passiones, & circa omnia obiecta earum, etiam bona, eas continebat, ne ante rationis, & voluntatis imperium, vel minimè sentirentur: quod in habente passionum dominum, cum predicta plenitudine, & extensione non reperitur. Nam, vt docet S. Thomas, per iustitiam originalē perfecte a. 3. ratio continet in inferiores anima vires, & ipsa ratio perficietur à Deo ei subiecta.

Dices Secundiō, Adamum peccasse vñctum à cupiditate gulae, ortā ex inordinato amore coniugis, vt docet S. Bonaventura, & Scotus, in 2. d. 21. proutde non erat propria iustitiae originalis talis passionum repressio seu frangatio, ne eum in ducerent in peccatum, sicut erat, ne anteuerterent

rent rectam rationem, ergo nec in dominio passionum id reperitur.

91. *Respondeo*, Superatum quidem esse Adamum à passione cupiditatis cibum vetus expetens, sed hoc eius peccatum non fuit primum, sed posteriorius. Primum enim ab eo commissum est, non per instantium passionis sensibilis circa obiectum aliquod sensibile, sed per malum liberi arbitrij suum, proprii voluntate elicitum, scilicet per actum internum superbiae, ut docet S. Aug. 14. & S. Prosper. S. Gregorius, S. Bernardus, & S. Thomas, idque probat Bellarminus ex Eccles. 10. vbi dicitur: *Initium omnis peccati superbia*. Et Tob. 4. In superbia initium sumptus omnium perdito. Et Rom. 5. Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, scilicet per voluntatem, quam nolunt subiici imperio, & praecipito Dei, qua voluntas superbia est, sicut est contraria humilitatis est, subiici imperio, & praecipiti aliorum, qua proprie dicunt obedientia. Tottus humilitatis summa, inquit S. Bernardus in quadam sermone, in eo videtur confundere, si voluntas nostra divina, (ut dignum est) subiecta sit voluntati, sicut att. Propheta Psalm. 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea, &c. Aet. vero subjectionem istam triplicem esse necesse est, ut quod certum est Deum velle, id nos velimus omnino. & quod certum est eum nolle, similiiter excreveremus & nos, quod autem incertum est, utrum velut aut nolit, neque velimus ex toto, neque penitus velimus.

Cum ergo Adam non obedierit Deo, superbia peccato succubuit: & ita bene idem S. Bernardus ait. *Et Angelus in celo, & homo in paradise iniquitatem mediatis sunt, aliquidnam affectantes, ille potentia, iste scientia*. Amilla autem per hoc peccatum iustitia originali, tum denum ad passionem & vitio gulae victus, comedit cibum vetitum. In occulto, inquit Augustinus, malum esse caperunt, vi in apertam inobedientiam laborentur. Non enim ad malum opus peruenirent nisi praecepsisset mala voluntas. Porro male voluntatis initium quod potuit esse nisi superbia initium enim omnis peccati superbia. Et infra: *Mansueto ergo aperiope peccato ubi factum est, quod Deus fieri prohibuerat, diabolus hominem non ceperisset, nisi iam ille sibi placere ceperisset*. Hic enim delectavit, quod dictum est. Eritis facti dicit quod melius esse possent, simmo veroque principio coherendo per obedientiam, quam sum sibi existendo principium per superbiam. Quod hac ratione, allatis Sanctorum Patrum testimoniosis idem assertentium confitit Bellarminus: Nam inter aduersos malos, prius fuerunt interni, quam externi, tam circa obiectum intelligible, quam circa sensibile. Cum enim pars inferior subiecta esset superiori, nec ab ea deficere posset, nisi prius ipse animus à Deo auersus, ad insinu corruisset. Quare fieri non potest, ut amor erga vxorem immoderatus, prius peccatum Adami fuerit. Nam amor ille rei sensibili erat, videlicet consortij humani, & socialis vite, quam amittere Adamus nolens, maluit legem Dei transgredi, quam vita & sociam contristare. Porro inter aduersos interiores, & circa bonum intelligibile, prius est aduersus circa finem, quam circa media, siquidem media appetuntur propter finem, non contraria. Finis autem hominis in malis, est excellētia propria, que superbia est obiectum. Non igitur infidelitas, aut aliquid aliud, sed superbia primum peccatum virtusque prim parentis fuit. Quanquam postea etiam in infidelitatem inciderunt, vt docent Sancti Patres citati ca. 6. Qualis autem ista fuerit superbia, explicat ca. 5. Bellarminus, solvitque obiectiones in contrarium, dicitque: *Post audita verba diaboli: Eritis facti dicit scienties bonum, & malum, volueri caperunt intra se, pulchrum esse non pendere ab alio, & simul sine ullo precedenti errore, vel deceptione, caperunt delectari proprii potestate (inflas delectationis moro) eamque appetere & vehementer placere sibi, & occupati eiusmodi cogitatione, delectatione, ac desiderio, non exercerunt animum ad Deum, nec cogitauerunt, id nec fieri posse, nec sibi expedire, atque ita ad se magis ac magis paulatim conuersi, & à Deo auersi, caccutre caperunt, & fidem habere verbis Satanas, & Dei precepta minusque contemnere*.

92. Septimō, Ad dominium passionum spectat, (si perfectum est) circa idem obiectum specificum diuerso modo, quam anteā se habere, pro diuersitate individuorum, in quibus reperitur illud obiectum, seu motuum passionum. Exempli gratiā: Aliquis autem acquisitum Dei beneficio passionum dominium, vehementer contristabatur usque ad lacrymas dolore plenas, auditā morte fratris, vel alterius personae sibi valde chara. Si postea acquisuerit passionum dominium, auditā morte alterius personae, magis sibi quam fuerit illa prior chara, non sentiet in se ictum afflictivum dolorem, sed eo modo tolerabit mortem charissimi amici, quod tolerat mortem aliorum, nullā sibi sanguinis vel amicitia necessitudine iunctorum, sine ictū sensibili alteratione corporis, & tristitia animi excipiens mortis nuntium de morte ictū secundi amici, charioris multo, quam fuerit prior ille.

De S. Bernardo in eius Vīta scribitur, &c ab ipsomet: *Sicis oculis fratri sui germani, & dilecti Gerardi exequias celebri a se & corpus tradidisse sepulturam, ne affectus fidem vincere videretur, extraneum tamquam querelam, vix, aut unquam sine lacrymis sepeluisse, & non potuisse imperare tristitia, cum potuerit lacryma, & non induisse multo fletus, multum tamen turbatum, & mestum fuisse*. Quanquam aliqui, ne quidem turbationem, aut molestiam magnam sentiunt, in aduersitatibus & calamitatibus magnis ac repentinis. Sic Apostolus Paulus in tribulationum certo genere gaudebat; unde scriptit: *Gloriamur in tribulationibus*. Et, Repleta sum consolatione superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Tamen in eadem epistola cap. 18. Non voluntus vos ignorare Frates de tribulatione nostra, quae facta est in asia, quoniam supra modum grauata sumus, supra virtutem, ita ut tederet nos etiam vivere. De Nonna Matre sua scriptit S. Gregorius Nazian-

Or. 19 de zianzenus, vt bene explicat Elias Cretenis, ipsam alioquin aliorum calamitatibus maiorem in modum inflecti solitam, ob eadē ingentem dolorum concipere, nullā tamen propriā calamitate eam vnguam adē inflecti posuisse, vt vel lugubrem vocem angustiarum actionem emitteret (primum enim Deo gratias agebat, deinde humanitatis quoque significationem edebat: quorum alterum voluntatis erat, alterum naturae) aut lacrymas ex palpebris exprimeret. Signatis enim crucis signo palpebris, non tam amplius lacryma excidebat. Quod quidem scilicet eius erat, qua etiam ipsi natura vim inferret. Ita naturales quoque animi permissiones subegerat.

I. par. vite De B. Clarā de monte Falco, celebri illā Ordinis S. Augustini Virgine, mysteriis Passionis Christi Domini in corde eius expressis, ad hunc diem spectabilibus illustri, ab Urbano VIII. concessionē Missæ & Officii diuini die eius obitus à Patribus Augustinianis, & totā diaecesi Spoletanā celebrandi honorata, scribit Baptista Pergilius, cam non fleuisse mortem sua Sororis Ioanne, ac si nulla communio sanguinis cum eā intercessisset, tamen per tres continuos dies, copiosas effudisse lacrymas, eō quōd eius morte priuatam se videret magisterio Ioanne, cuius directione & consiliis pro cursu spiritualis vi. & antea vtebatur.

Vita P. Al- Sic S. Teresa, audītā morte Nostri P. Balthazaris Aluarez sui præcipui Confessarij, à quo se maximè in spiritu adjutam prædicabat, & quē sui defensorem contra graues censuras linguarum maledicarum experta erat, amarissime flevit per duas horas; audītā verò germani sui fratris morte, ne gurgulam lacrymæ profundi. Eodem modo aliorum similiū mortem deplo- rabant.

I. 5. c. i. Enituit hoc in S.P.N. Ignatio, vt scribit Ribadeneyra: qui dum egrotaret, admonitus à medico ne se angoribus daret, nūc tristis rebus occupare- tur, cogitare attenē secum caput, num restam noua & acerba sibi posset accidere, quæ se molesta aliquā posset afficere & perpetuam animi securitatem pertur- baret. Hac cogitanti illud (quod maxime insidiebat animo) solum occurrit, si quo modo Societas nostra dissol- uretur. Progressus est longius, & vt se excuteret, ac diligentius pertinaret, quæsivit ex se, quām diuturna hac molesta futura esset: statuebatq; si hoc nullā culpā suā evenisset, post quartam horā partem, quam in ora- tione posuisset, seque collegisset, se si quid ex cā re ce- pisset molestia, facile depositurum, etiam si, inquit, vni- versa Societas deleatur, & tanquam sal aqua dissol- natur.

94. Item ad hunc dominij effectum spectat omni- no ob maiorem iniuriam sibi iniquē & iniquo modo illatam non perturbari, nec alterari in corpore vñlā passione doloris. vel iræ, vel tristitia: si tamen alter seruo Dei, vel Ecclesiæ, vel communitati, aut priuata persone, etiam Ethnica, resciat illatam iniquē iniuriam, ob eam illatam sentire in se passionem magni doloris, &

tristitia, & ex impulsu Charitatis, teneram com- miserationem: vti & ob tam multa peccata, quibus Diuina Maieſtas offenditur, præſertim ab iis, qui vel ratione status, vel ratione beneficio- rum magnorum à Deo perceptorum, dberent esse ceteris meliores. Ex his, inquit S. Chrysostomus, oporet tristari, de his dolere, de his morderi. Ita Paulus pro peccatoribus tristabatur, ita lugebat: ait enim: Ex multā tribulatione & compreſſione cordis scripsi vobis per multas lacrymas. Quoniam enim de propriis non habebat quod lugere, hoc pro alienis agebat: quin & illa secundum luctus rationem propria putabat. Alij scandalizabantur, & ipse vrebatur; alijs infirmabantur, & ipse. Bona est talis tristitia: omnis mundana melior latitudo: ita lugentem omnibus homi- nibus præpono. Quanquam talis tristitia præcipue oritur ex vehementi erga Deum dilectione, cui præparat faciliore aditum passionum dominiū, refranat rebellione inordinate tristi- tiae, ex alijs sensibilibus obiectis exurgere fo- litæ; solum enim obiectum ſentibile, est paſſio- num corporalium obiectum, vt docet S. Tho- a. 1. q. 13. num cum Theologis alius.

De tale dominum iræ habentibus scribit S. Diadochus: Qui voluntate quadam infatib[ile] dili- git Dominum, tamen infiniti contumelias, & incom- modis ab alio afficiatur, tamen non irascitur ei, sed potius cum eo, qui contumelias, & damnā incult, ma- nei copulatus in eos verò ſolū incitatur, & incendi- tur, qui in pauperes inuidant, aut in Deum, ſicut ait ſcriptura, iniquitatem loquantur, aut alio quopiam modo non bene viuant. Qui enim plus iam Deū quam ſe diligunt, in d[omi]nū non amplius e[st] dilig[er]e, ſed Deū ſolum, non tam honorem ſuum ſectatur, ſed magis iuftitiam eius honorari cupit, a quo ipſe honore immortali ho- noratus eſt, id que non parū quādam voluntate experit, quin potius habet deinceps huiusmodi affectum animi tanquam habiti ſuceptum propter multam experien- tiā Charitatis Dei.

Dices Tertius. Cūm passiones per modum na- turæ operentur, & ratione careant, quonodd fieri potest, vt excitetur ira, vel tristitia, aut dolor potius circa vnam personam, quam alteram, cūm & quē causam ſeu motiu[m] ſuum habeat in vñā personā, ac in altera; & quandoque magis in vñā, quam in alterā, cūm tamen circa il- lam minus commouetur, quam circa hanc?

R[espondeo]. Eſi passiones in ſe conſiderat[ur], dū per modum naturæ operantur, & quē ferantur in ſuum motiu[m], vbi illud per imaginatio- nem, vel ſenſum apprehenditur, & magis in il- lud, in quo illud eſt maius; tamen in quantum reguntur à ratione illius, qui dominum paſſio- num habet, imperio rationis, & dominatu in paſſionem fit, vt non æqualiter ferantur in æ- qualia obiecta ſua, & motiu[m], & in quādam proſlus non ferantur, quia circa quādam ſunt penitus ſubiungata pleno dominio, & quia des- potico imperio rationis & voluntatis. Paſſiones enim ſuę naturæ relictæ, vt ait Plato in Phæ- dro,

dro, sunt sicut pulli equorum generosi sine autriga, qui melius currunt per planitatem, quam ad montes; sed si autriga eos, scilicet anima, moderetur, & velit ut tardè procedant in planicie, citò montes ascendendo, coguntur ita progre-
di: sic & passiones imperante ratione, ac volun-
tate, minus se effundunt ad quædam obiecta, in
quibus est plus de sensibilitate, magis ad alia ad
quæ natura sua non ita propendunt. Et ita etiam
S. Diadochus moderantem suas passiones, ait:
esse aurigam sensuum hominis in equi virtutis cer-
tamen, rehoreque inter medias demonum copias, qua-
drigam continentia, in timore Dei omni tempore exer-
centem. Et S. Isidorus Pelusiota, Rationem ira-
& cupiditatis (& alii passionibus) auriga in modum in-
siderem oportere scribit. Et ut alibi ait, commendans
virtutem rationis moderatricem: Nihil virtute
fortior est, nec violentius. Ipsa enim rerum mutationes
vincens, ab ipsis vincit minimè suavitatem: rerum omnes
bonos ac decori habendas immittens, aurige, munere
fingitur, ducitq; quid liber. Similia doceat S. Hiero-
nymus. Quod aliter explicat S. Ambrosius: An-
na est currus, habet equos bonos & malos. Boni equi,
virtutes sunt anime, mali equi, passiones sunt corporis.
Christus est rex huius carnis, qui malos equos re-
stringit, & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt qua-
rtu: Prudentia, Temperantia, Fortitudo, Iustitia. Mali
equi, Iracundia, Concupiscentia, Timor, Iniquitas.
Interdum ipsis equi inter se discedunt, & aut iracun-
dia protendit, aut Timor, & seiuicem impedit,
& cursum retardat &c. Sed Christus rex & cor hu-
ios carnis, per rationem tanquam aurigam mo-
deratur bonos equos, & frenat malos, ne pre-
cipitem currum deferant ad foueas vitorum.
Et sic propter hoc imperium, sunt bona, vel
male moraliter (prout ordinantur ad bonum,
vel malum finem, & magis sunt voluntarie, &
bona, vel male, quam sunt actus membrorum
exteriorum voluntarij): quia appetitus sensi-
tus fons passionum est propinquior rationi &
voluntati (ex qua bonitas, & malitia moralis
deretur, in motu passionum, & actiones ex-
teriorum membrorum) sic per imperium volun-
tatis & rationis, is qui est passionum dominus,
illas ita regit, ut circa quædam obiecta in indi-
viduo non exurgant, circa alia minus exurgant,
quam facerent, si ex natura solius impetu, sine
rationis ductu operarentur. Ideo per hanc obe-
dientiam passionum, prout a ratione dirigun-
tur, Aristoteles eas appellat rationales, quasi
participent extrinsecè rationem.

Confirmatur haec doctrina testimonio S.
Chrysostomi, qui ait Davidem coniunctis pro-
ficium à Semel, non fuisse ei indignatum, &
verius ne madaretur, tamen codem ipso tem-
pore indignatum esse filio Saruie, voluntati cum
putare caput eius. Potest ergo beneficio Divi-
nae gratiae, & per eam acquisiti dominij passio-
num à ratione frenatarum, eadem passio ferri
in unum obiectum, & non ferri in aliud maius-

Sic fieri solet, ut passionum Dominus, nullos
proclus fedos in se motus sentiat conuerlando,
diu solus cum solis personis formosissimis, illis
vero absentibus solus existens, experiat in se
motus turpes ab involuntaria imaginatione
rerum foedarum excitatos.

Ottavo iij qui habent passionum dominum, 97.
habent libi beneficio diuina gratia, ita in bo-
no obedientes passiones, etiam in rebus valde
antea molestis sensualitati & amori proprio, ut
ad primam representationem obiecti mali vi-
tandi, vel à natura causatam, vel à gratia menti
proprietam, adhuc ante ultimum liberum rationis,
& voluntatis, per modum motus primo pri-
mi, statim sine illa mora tentiant in se, idque
vehementem, & valde intensam passionem, vel
odij, vel abominationis, vel ira contra rem ma-
lam. E contrario vero ad similem apprehe-
nem, vel representationem boni alicuius, menti
sua factam, domini passionum suarum, repente
sentiunt, quasi in eodem instanti, per modum
motus primo prii, ingens desiderium illius
boni, & quandam delectationem in bono sic
apprehendo. Et tales passiones circa bonum,
præueniebant etiam in B. Virgine rationem, in-
dicio S. Thomæ, & in Adamo, ut quidam pu-
tant infra citandi numero 167. Simile quid na-
turaliter in naturalibus artibus contingit. Nam, lib. 3. eth.
ut scripsit Aristoteles, ars perfecta non delibera-
tam sibi facilis est actus suis. Idem præstantius facit
gratia Dei per naturam, eam in repentinis ca-
ribus excitans ad actus supernaturales, & adiu-
uans in eorum exercitio. Et hoc est ut ait S. Au-
gustinus, passiones ita moderari & frenare, ut in p-
sum iustitia conuertantur. Nam indomita passio si
præueniat iudicium rationis, & in animo praualeat,
inquit S. Thomas, ut ei consentiantur, impedit consi-
lium, & iudicium rationis; si vero sequatur ex ratione 98.
imperata, adiuuat ad exequendum imperium rationis.
Pulchritudo declarat B. Laurentius Iustitia-
nus: Dulcia prorsus est carnis illecebra, & natura copi-
lata consolatio. Semper spiritui inimicatur, donec &
ipsa spiritus suauitate pacifatur. Tum spiritualis effecta,
pari modulatione persoluit obsequium. Hoc in se Pro-
pheta persentiens inquit: Cor meum, & caro mea exul-
tauerunt in Deum visum. Quod S. Martinus soror
S. Gregorij Nysseni, vel potius ipse nomine eius de anima
sic declarat in quadam disputatione: Si ratio, que & refut-
precipua natura nostra pars est, eorum qua extremitate
cū nobis superinducta sunt, principatum obtineat (lo-
quitur autem ibi propriè de passionibus istis)
nullus eiusmodi motus nobis ad vitium ministerium offi-
ciorum fuerit: meru quidem obedienciam, ut vero fortitudi-
nem, imitatae cautionem, atque securitatem inge-
nerant: cupiditatis item impetu, diuinam simul &
immortalem nobis voluntatem conciliante. Sin autem
ratio habendas omittat, & tanquam auriga aliquis
implicitus currus retro ab eo trahatur, illoque abi-
piatur, quounque eum rationis expers motus iumento-
rum auferat, tunc in perturbationem, appetitionem

converuntur, quale nimis etiam in bruis videlicet. Et nisi per rationem ad id quod res postulat, ac regum est ducantur, sed potentiam mentis supererit affectus ac perturbationes ab cogitatrice, atque diuinam naturam dum impetu, & ardore eiusmodi affectum atque perturbationem in peccatum degenerat, & effertur ad rationis expertum, stultam ac amantem naturali homo transi, atque transformatur.

Qui tamen p[ro]ij affectus erga bonum sic apprehendunt, ut & contra malum menti representarum, sunt beneficia, & effectus Diuinae gratiae per quam declinamus a malo, & facimus bonum. Quam gratiam Deus ad vitanda malitia & facienda bona semper suppeditat n[ost]ri, qui illi ex toto corde seruant, & toto conatu attingunt suo in virtutibus profecti, iuxta illud dictum S. Innocentij Papae: Quotidianam prestat ille praesidia, quibus nisi freu consilique mittatur, nequam manus rimeret poterimus errore. Et, ut scribit S. Hieronymus, Nihil boni operis agere potest (homo) absque eo qui ita concepit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negare. Et quidem praeueniendo per excitantem gratiam nostrum liberum consensum ad prias cogitationes. Inste, inquit S. Leo, instat praecepto qui precurret auxilio. Maximè autem praecurrunt in his, qui prioribus Dei auxiliis rite cooperantur. Nam, ut scribit S.

99. epist. ad Concil.

100. Carthag. que est 91. apud. S. August. op[er]t. ad Cyprian. S. 16. de pass. Dei. 1.2. in c. 12. Luc. 1.2. cont. duas. ep. Pelag. cap. 5.

Qui tamen p[ro]ij affectus erga bonum sic apprehendunt, ut & contra malum menti representarum, sunt beneficia, & effectus Diuinae gratiae per quam declinamus a malo, & facimus bonum. Quam gratiam Deus ad vitanda malitia & facienda bona semper suppeditat n[ost]ri, qui illi ex toto corde seruant, & toto conatu attingunt suo in virtutibus profecti, iuxta illud dictum S. Innocentij Papae: Quotidianam prestat ille praesidia, quibus nisi freu consilique mittatur, nequam manus rimeret poterimus errore. Et, ut scribit S. Hieronymus, Nihil boni operis agere potest (homo) absque eo qui ita concepit liberum arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negare. Et quidem praeueniendo per excitantem gratiam nostrum liberum consensum ad prias cogitationes. Inste, inquit S. Leo, instat praecepto qui precurret auxilio. Maximè autem praecurrunt in his, qui prioribus Dei auxiliis rite cooperantur. Nam, ut scribit S.

Ambrosius, Vbique Domini virtus studia cooperatur humanū, ut nemo possit adficiare sine Domino; nemo custodiare sine Domino; nemo quicquam incipere sine Domino. Quia, ut ait S. Agustinus: Liberum arbitrium ad bene pieque volendum non valeat, nisi ipsa voluntas hominis, Dei gratia fuerit liberata, & ad omnem bonum actionis sermonis, cogitationis, adiutorii. Ideo, hom. 9. in inquit S. Gregorius Papa, Nos preuenit velim, & volentes subsequitur, ne inaniter velimus. Conatus enim nostri, ut scribit S. Bernardus, & casus sunt, si non adiuvantur, & nulli si non excitantur.

101. Ribil. 5. cap. 5. Non Dominum passionum hoc quoque adfert illud habenti ut postquam per imperium rationis & voluntatis, concitauit in se aliquem passionis motum ordinatum, & necessarium, eoque v[er]us est quantum satis erit, statim motus ille conueicit, & relinquat hominem in illa quiete, & statim pacifico ac lato, quem habuit ante passionem illam, a se ex dictamine resecta rationis & virtutis imperata. Observant hoc in S. P. N. Ignatio domestici: Vidamus per se, inquit oculatus testis Ribadeneyra, illum affablier, bilariterque & magnā animi equitate colloquem cum suis, accersere aliquem, quem oburgare vellet, primoque illius aspectu commutare vultum, ad severitatem componere, & quasi iratus esset, grauiter hominem corrumpere, & castigare. Statim tamen atque ille excesserat, ne puncto quidem tempora intericto, ad suā illam tranquillitatem inceditatemque sermonis, sereno vulno, explicata fronte redisse: perinde ac si nunquam, aut ille interuenisset, aut quemquam ipse oburgasse. Itaque apparebat nihil animo fuisse commotum, ac severum illam oburgatione personam, & suscepisse

cum vellet, & deposuisse. Quod in reliquis eius actionibus videre fuit, ut ex illis perlucet moderatio animi, & tranquillissimus secura mentis status.

Decimus, Dominum passionum hoc quoque efficit in eo, qui illud habet, ut semper sit in eodem statu, semper æquus dispositus ad omnia sine ullâ variatione. Hoc in B. Laurentio lustiniano obseruauit vita eius scriptor. Hoc quoque, que de S. Ignatio scribit Ribadeneyra: Eundem tenorem semper tenuit in rebus gerendis, & perpetuatam in omni vita. Nam quamvis corpore alter atque alter affectus esset, & propter valetudine varietatem ad res tractandas, vel magis, vel minus aptius, animam semper idem erat: ut ad aliquid ab eo impetrandum, aut conficiendum obseruare tempus & opportunitatem nihil esset necesse. Nam siue illum Sanctissimo Missa sacrificio peracto, siue prandio, conuenientis lectione surgentem, aut ab oratione, perinde erat: siue res late, siue tristiores essent: denique in nulla rerum dissimilitudine ac varietate, varius ipso siue dissimilatus fuit. Quae animi equabilitas, perpetuaque constantia in corpore etiam redundabat.

Vndecimus, lis, quibus Deus dedit passionum suarum dominium, dat quoque perpetuam quandam & vehementem inclinationem ad omnia ea facienda, que agnoscunt placere Deo, maiorem, quam ad humanas, etiam non malas, reprehensiones, & solita honesta. Repressis enim per dominium passionum, motibus inordinatis passionum, qui hominem immortalitatem per comitantur, & patiunt passionum dominium, sublatris per illud impedimentis exorbitantium passionum, vires suas exerunt, & longè magis inclinant hominem ad studia pieratis, quam le anteā fenserat inclinationem ad actus peccati, & ad indifferentes non malas consolationes, & recreations humanas, à quibus post acquisitionem dominium cum intensis habitibus virtutum, ponit sensibilem sentit animi auersione, etiam in ipsa sensualitate, & parte inferiore, ut certissima talium docet experientia. Ad quam iuvant

102. Primus illi virtutum quas dignificat, qui ut ait S. Dionysius Areopagita, obcurantur, & extinguntur vitiis amore, & a natura insiti sunt, ut illi illustretur. Et hanc forte ob causam S. Clemens ait, Naturalē esse viam virtutis, hoc est, virtutis, viam verditatis, id est, vitiis esse induitam, que non voluntate Dei accidit, sed misericordia aduersarij. Quonobrem S. Chrysostomius, & S. Augustinus ait, secundum h[ab]itum inceptum, naturam nobis esse virtutem: Et S. Bernardus, Naturalem. Et S. Diaclochitus ait, viros perfectos, velut naturalem habere humilitatem. Et iterū S. Bernardus ait, quoddam tanquam naturaliter omnem materialiter respire, & quod bonum est ampliari: Et S. Thoma cap. 11. mas,

mas, esse naturalem secundum quandam inchoationem: Et S. Basilius, virtutes putandas ait nostram esse possessionem si per exercitium cum nostra quasi natura coalescant: Et Saluianus ponderans illud Act. 17. 28. In ipso viutius, mouemur, & sumus. Non dixit, inquit, ab ipso nos, sed in ipso moueri: docens scientiam, insitam intra virtutes sacras omnium nostrorum esse substantiam. Hoc sensu dixit S. Gregorius Nyssenus: Is qui te formauit, tale bonum statim ita nature quasi insentiauit, sive constituant, & insensibilis de corporant. Tui enim fabricatione, & constitutione Deus genit. dei sui naturae bonorum simulachra similitudines, & quasi imitacione impresit, & informauit, velut ceteram quandam sculptili figurâ praeformans & singens.

Sed viutiosas diuinam imaginem & bonum turpibus velamentis obductum & occultatum inutile tibi fecit. Non quod bonum virtutis supernaturale in creatione nobis inditum sit, sed inclinatio ad bonum naturalis virtutis. Virtus enim, vt scribit S. Bernardus, est filia rationis, sed magis gratia: vis enim quadam est ex naturâ, vt autem virtus sit, habet ex gratia. Vix est ex iudicio approbantis rationis, virtus in autem ex appetitu illuminata voluntatis. Quam naturaliorem ad vicecum inclinationem, non tantum Sancti, sed etiam Sapientes Ethnici agnoverunt homini à naturâ inesse. Quod pulchritudinem idoneum, si tamen neglectus non maneat. Tantum ab opifice summo conditus bene, semper naturaliter tendit ad bonum, quanquam ab adolescentia hominis ad malum prouis appareat. Ceterum hoc non ex naturâ, sed ex collusione originali cognoscitur emanare peccati. Illa tamen naturae inclinatio ad virtutem non est dispositio positiva ad dona gratiae. Nullus ergo quocirca meritò S. Prosper libro cont. Collatione c. 27. reprehendit Cassianum, quod Col. lat. 13. c. 12. scripsisset, Omni anime naturaliter virtutum semina, beneficio creationis inserta esse. Hoc enim in alio sensu, quos supra vidimus, praecipue patii Sancti Patres docuerunt, non existimantes Sececa per hac naturalia virtutum semina hominem ad gratiam disponi, ut senserunt Semipelagiani; punitantes ea esse inchoationes quasdam fidei, & aliarum supernaturalium virtutum.

& Philo. Secundum iuvant præteriti actus virtutum acquisitorum, ob passionum motus, ei contrarios, frænatos, & quia ipsi passionibus edomitis virutur ad exercitium virtutum, vt suprà diximus ex S. Augustino, id est non sola virtutes, quæ erant ante acquisitionem passionum dominium, sed etiam ipsum passionum dominium (modo infra explicando) confert vehementer inclinationem aetualem ad omnia studia pietatis (de qua hic agitur) & non patitur vigore illam resistentiam, & repugnantiam ad opera virtutum, quæ vigeret in non habentibus passionum dominium. Qui enim secundum Deum vivit, inquit S. Prosper (vii l. 3. de vita viuunt hi, qui habent passiones edomitas) non contineat, quod eam carnaliter delectat, sed quod adscit spiritualiter facit: & omnia desideria carnis, spiritualis desiderij delectatione compescit: futura presentibus anteponit, carnem spiritui subdit, & quidquid cupit, aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei sui voluntate pendere, cui placere toris viribus concupiscit. Denique passionum dominium medetur quatuor vulneribus in naturâ humana à peccato originali relictis, de quibus sic S. Thomas disputat: Sunt, inquit, quatuor potentie anima, quæ possunt esse subiecta virtutum: scilicet Ratio, in qua est prudentia: voluntas, in qua est iustitia: Ira, scilicet in qua est fortitudo: Concupiscentia, in qua est temperantia. In quantum ergo ratio possunt.

Dicit: Cum passionum nostrarum obiectum, sit tandem res aliqua sensibilis, non vero spiritualis, quæ proprietas est voluntatis & intellectus obiectum, quomodo fieri potest, ut passiones

hominem inclinent ad opera virtutum, quæ sunt circa res spirituales & non sensibiles? Nulla enim potètia potest excedere suas vires, & veritatis circa obiectum non suum, ut constanter Philosophi & Theologi docent.

Respondeo: Namvis passiones naturâ suâ tantum circa obiectum sensibile versentur, & id est persistendo in modo operandi eis à natura induito, non possint fieri in obiectum spirituale, non sensibile, postulat tamen inquantum imperante ratione, & voluntate (dum subiungata sunt iis) ab eis diriguntur, & ordinantur, & quasi elevantur per actus virtutum, ad hoc, ut quasi coniunctis viribus versentur circa obiecta spiritualia virtutum. Et hoc est, quod ait S. Augustinus, illas converti in viam iustitiae: Et quod ait S. Thomas, eas dum sequuntur rationis imperium adiuuare ad exequendum illud. Deinde quia sunt multa opera virtutum etiam supernaturalium, & infusarum sensibili, ut sint sacrificia, orationes vocales, peregrinationes, ieiunia, penitentiæ exteriore, genuflexiones, colloquia de rebus piis, & his simili, continentur hæc omnia quoad suum materiale intra latitudinem obiecti sensibili, ac proinde passiones & imperatae à virtutibus infusis supernaturalibus, & immediatè mortalia à virtutibus moralibus acquisitis, quæ inharent in potentissimis concupiscentiæ & irascibili, possunt versari etiam circa opera exteriora virtutum, & ad illa vehementer inclinare suum Dominum, qui eas subiungavit, quam ad opera indifferenteria non virtuosa.

Quia vero dominum passionum reddit facultas exercitium virtutum moralium acquisitum, ob passionum motus, ei contrarios, frænatos, & quia ipsi passionibus edomitis virutur ad exercitium virtutum, vt suprà diximus ex S. Augustino, id est non sola virtutes, quæ erant ante acquisitionem passionum dominium, sed etiam ipsum passionum dominium (modo infra explicando) confert vehementer inclinationem aetualem ad omnia studia pietatis (de qua hic agitur) & non patitur vigore illam resistentiam, & repugnantiam ad opera virtutum, quæ vigeret in non habentibus passionum dominium. Qui enim secundum Deum vivit, inquit S. Prosper (vii l. 3. de vita

cont. c. 107.

non contineat, qui habent passiones edomitas) non quod eam carnaliter delectat, sed quod adscit spiritualiter facit: & omnia desideria carnis, spiritualis desiderij delectatione compescit: futura presentibus anteponit, carnem spiritui subdit, & quidquid cupit, aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei sui voluntate pendere, cui placere toris viribus concupiscit. Denique passionum dominium medetur quatuor vulneribus in naturâ humana à peccato originali relictis, de quibus sic S. Thomas disputat: Sunt, inquit, quatuor potentie anima, quæ possunt esse subiecta virtutum: scilicet Ratio, in qua est prudentia: voluntas, in qua est iustitia: Ira, scilicet in qua est fortitudo: Concupiscentia, in qua est temperantia. In quantum ergo ratio possunt.

B b 2 descriptio

destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignorantia; in quantum voluntas destituitur ordine ad bonum, est vulnus malitia; in quantum insensibilis destituitur ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis; in quantum verò concupiscentia destituitur ordine ad delectabilem moderationem ratione, est vulnus concupiscentia. Quocirca,

108.

Duodecimè præstat dominum passionum, ut ratio nostra utatur magnâ quiete in suis actionibus, ex quâ quiete oritur, ut sit valde attenta ad ea de quibus cogitat, & quæ per voluntatem, siue per se, siue per Deum motam, & excitatam, cogitat exequi in honorem & gloriam Dei; vel ob amorem alicuius virtutis.

109.

Nam, ut bene docet S. Thomas, paſſio triplice ter impedit considerationem rationis, ne in particulari consideret, id quod sit in vniuersali, (quod si consideraret, non peccaret.) Primi quidem per distractionem quandam: quia (ut dixerat articulo præcedenti S. Thomas) in operibus anima requiritur quedam intentio, qua dum vehementer applicatur ad unum (uti facit paſſio) non potest alteri vehementer attendere (& sic distrahit a suo acto.) Secundi impedit considerationem rationis per contrariatem; quia plerumque paſſio inclinat ad contrarium huius quod scientia vniuersalis habet. (scilicet de re aliquâ facienda, vel non facienda in genere.) Tertiè per quandam imputationem corporalem, ex quâ ratio quodammodo ligatur, ne libere in actu exeat: sicut etiam somnus, vel ebrietas, quadam corporali transmutatione factas, ligat vsum rationis: multi enim propter abundantiam amoris, & irae sunt in insaniam conuersi. Et per hunc modum paſſio trahit rationem ad iudicandum in particulari, contra scientiam quam habet in vniuersali. Quocirca has passiones subiiciendo dominio, ratio corroboratur, ne in suis piis cogitationibus, de fugiendis malis, & de faciendis ac persicendi bonis impediatur. Et hoc modo dominum passionum medetur vulneri relieto ex peccato originali in ratione; quod vulnus S. Thomas cum Theologis appellat, vulnus ignorantie; quod cum etiam per alia peccata augeatur, ut idem docet ibidem: (quia per peccatum ratio habetur in agendis) dum continentur ratio in suis actibus, ab impedimentis passionum, partim impeditur nona hebetudo à passione prouidentes, partim antiqua excluditur, per attentam considerationem rationis de rebus agendis, quâ passiones indomiti solent infestare: quia, ut ait S.

110.

Thomas, in operabilibus paſſio agit contra scientiam vniuersalem, absente consideratione in particulari. Hęc autem nouabat, dum ratio per passionum dominum adiuta, & vallata cōtra impetus passionum, attendit bene suis actibus, & cogitationibus, & per virtutes inherētes in eā, ac per dona Spiritus Sancti, inclinatur ad eliciendos perfectè suos actus, ac ad executionem honorū operum, per motionem voluntatis subsecuturam, ordinatur, & quasi impellit, eo modo, quo habitus impellunt potentias, quibus inherēt, ad

exercitium promptū, & constans suorū actuū.

Decimotertio, Dominum passionum etiā voluntati prodest, corroborando eam, ne à motibus passionum appetitus sensuī, etiam indirecte, trahatur aut mouetur ad aliquid volendum vel nolendum contra rectam rationem. Nā directe voluntatem nostram paſſio mouere non potest, sed solus Deus, & tanquam obiectū eius, quippe cūm sit bonum vniuersale, & tanquam is, qui creat virtutem volendi, ut docet S. Thomas, & sic eam per se interiori efficaciter inclinat ad actum suum, seu in tem voluntati; quomo^{1.2.77.}do nec Angelus eam potest mouere, sed tātū vel per modum suadentis (proponēdo per species imaginationis intellectui obiectas, sub similitudinibus sensibilibus, sic enim illuminant homines) vel concitando passiones in appetitu sensuī, per quas etiā non cogatur, inclinatur tamen voluntas ad aliquid volendum. Indirecte

tamen voluntatem potest paſſio mouere duplicitate juxta doctrinam S. Thomæ: Vno quidem modo secundum abstractionem quandam. Cām enim omnes potentia anima, in vna essentiā anima radicatur, necesse est, quod quando una potentia intenditur in suo actu, altera in suo actu remittatur, vel etiā totalter in suo actu impediatur: tum quia omnis virtus ad plura dispersa sit minor: unde è contrario, quando intenditur circa unum, minùs potest ad alia dispergitum quia in operibus anima requiritur quadam attingere, quod vehementer applicatur ad unum, non potest alteri vehementer attendere. Et secundum hunc modum per quandam distractionē quando motus appetitus sensuī fortificantur, secundum quancunq; passionem, necesse est, quod remittatur, vel totaliter impediatur motus proprius appetitus rationalis, qui est voluntas.

Alio modo ex parte obiecti voluntatis, quod est bonum ratione apprehensum: Impeditur enim iudicium, & apprehensionis rationis propter vehementem & inordinatam apprehensionem imaginationis, & iudicium virtutis estimativae, ut patet in amentibus. Manifestum est autem quod passionem appetitus sensuī sequitur imaginationis apprehensio, & iudicium estimativa, sicut etiam dispositionem lingua, sequitur iudicium gustus. Unde videmus quod homines in aliquā passionē existentes, non facile imaginationē avertunt ab his, circa quae afficiuntur. Unde per consequens iudicium rationis plerumq; sequitur passionem appetitus sensuī; & per consequens motus voluntatis, qui natus est semper sequi iudicium rationis.

Cū ergo per dominium passionum, qui est illo prædictus, comprimat passionū motus inordinatos, non permittit à passione distrahī voluntatem ab eo, quod ordinatè yelle debet, & quicquid immutari circa iudicium de obiecto voluntatis, quācum ipsa paſſio non sit directe voluntatis obiectum. Et hac ratione per dominium passionum, non solum intellectus sed etiam voluntas corroboratur, ut recte suis actibus attendant Domini paſſionum, eosque Diuinę voluntati conforment, ac subiiciant, & iuxta Dei voluntate

Juntatem omnia faciant interne, & exteriū similiter ea, & eo modo per membra exequatur, quae exequi debent. Hinc appetitū per passionū dominium etiam vultus curari voluntatis, quod S. Thomas appellat *vultus malitia*, per quod voluntas destituitur ordine ad bonum. Curatur autem plus, vel minus, prout est maius vel minus passionum dominium. Cū enim hic ordo retardetur, & impeditur quādōque totaliter per vehementiam passionum, cū in domino carum illa non sit, expedit cursum voluntas tenderet in obiectum suum, habens ducem preferentem faciem, in tellectus rectum indicium, (vt supra dictum est) similiter corroboratur.

Decimoquarto Per dominium passionum etiam corporis sensus, & actiones eorum recte ordinantur, & disponuntur, idque variis modis.

Primum enim sensus continentur in officio, ne quicquam voluntarie cupiant percipere, contra rectam rationem, & Dei voluntatem.

Secundo. Si contingat iniurias aliquando obiectum representari repugnans recte rationi, ab illo abhorrent, & non sicut se peritahi ad quidquam dispergētis Deo in visu sensuum.

Tertio quando opus est, & quamdiu opus est vi sensibus, exercent suas sensations sine repellentia, & sine affectu inordinato, oculus legendore res bonas, quarum lectio praescripta est; auris audiendo ea, quae audiri debent; gustus ea gulando quae oblate sunt, deliciora sine affiditate, & mordacitate oblectatione palati. Immodicis aliquos in nostra Societate noui, qui ad hanc gultus mortificationem, & dominium peruerterunt, vt ne quidem appetitum naturalem ferirent magis propendere ad cibos meliores, quam ad deteriores, sed potius ē contrā naturali proportionē non oblitente, magis voluntatis affectu fecerunt erga viliores, quam erga pretiosiores, & exquisite conditos, magisque lapidos: ita corporis naturalibus affectionibus dominante ratione, & passionibus imperante, diuina gratia beneficio.

Quarto, perducuntur quoque à passionum domino ad eum statum sensus, vt non refugiant, sed amplectantur ea obiecta amara, ex Dei amore adhibenda, quae anteā refugiebant, ut sunt eibi viles & insipidi, dura cubatio, amaro asperclus a campis, & hortis, & similibus rebus recreationis, ad quas natura, passiones habens indomitā, vehementer propendet.

Quinti, perdutior sensus ad eam perficitur, vt positaam sentiant inclinationem & promptitudinem ad res molestas ob Dei amorem percipiendas, non minorem, quam ante sensent ad res incundas, imò quandoque traiorem, & tam vehementer, vt frēno opus sit. Quod non tantum oritur (etsi principaliter inde oritur) ex virtutum partis superioris excellentia, passionibus tanquam instrumentis ventium ad opera mortificationis externe, sed

verē etiam in ipso appetitu sensitivo (qui est subiectum & origo passionum) relinquitur positiva, & habitualis propensio, & inclinatio sensitiva ad obiecta sensitibilia, quae anteā illi erant validē molesta.

Quod vt Tyrones melius percipient, scire debent, quadruplicem esse in omnibus hominibus adultis inclinationem ad opera virtutum per modum habitus in singulis manentem, hoc est manentem non certo aliquo, & brevissimo tempore, & quasi per modum transiuntis, sed diu quādū virtus in homine manet.

Prima inclinatio est naturalis, in ipsa naturā, à

Deo auctore nature, & amatore virtutis, ei in creatione indita, & à Sanctis, & ab Ethnicis. Philosophis citatis supra à me agnita & commendata.

Secunda inclinatio, ad opera virtutum moralium in nobis oritur ab acquisitis virtutibus per actus vniuersos, seu in similes productos seu elicitos, antē acquisitum passionum dominium: humilitas enim tantum acquiritur per actus humiliatis: Patientia tantum per actus patientia, & si aliae acquiruntur. Et iam prima, quām hæc secunda inclinatio, est etiam in hominibus impiis, & in Ethnicis, quorum actus heroicis moralium virtutum Historici Ethnicī multos descripsérunt, & nūc etiam in quibusdam hereticis eos videmus, vt sunt eleemosynæ, condonationes infiriarum, actus gratitudinis, adorations diuinæ Maiestatis, &c.

Tertia inclinatio ad opera virtutum oritur ex virtutibus tum insuffisitum acquisitis, in iustificatione, & postea illa in homine iusto durante, & per actus virtutum, præsertim per mortifications (ou quod idem est, per repressiones) insurgent passionum continuare magis ac magis auctis. Singula enim virtutes tam insuffit, quām acquisitæ (infra explicande) inclinant potentias, quibus inherēt, ad opera virtutum.

Cū autem mortificationum actus sunt iijper

quos proprios sensus acquiruntur passionum dominium, & vt loquuntur scholastici, sunt passionum dominium in fieri, id est hæc inchoata inclinatio ad opera virtutum, attribuenda est crescenti passionum dominio, sed multo

magis dum illud acquisitum est, viam dicam.

Quarta inclinatio ad opera virtutum, quartito esse effectum perfecti dominij passionis, est ea, qua oritur à virtutum moralium virtutibus, acquisitis per actus elicitos ab homine, postquam acquisuit passionum dominium, huius enim beneficio, ob sublatas vel faltem immunitam impedimenta virtutum, à passionum motibus inordinatis oriri solita, virtutes morales suos actus facilius, promptius, frequenterque elicunt, & eum per eos argenteum virtutum habitus, ac per hos major ac maior semper inclinatio ad opera bona

B b 3 cau-

causetur, id est ea dominio passionum, tanquam eius effectus debet adscribi. Id est S. Ecclesia petit in quadam missa, ut terrenis affectibus mitigari facilius celestia capiamus. Dant enim hanc facilitatem virtutes cum dominio passionum introductae: quia, ut docet S. Thomas, & experientia ostendit, virtutes perficiunt nos ad prosequendum debite inclinationes naturales.

Sexto. Hoc quoque beneficium sensibus adfert passionum dominium, sive immediate, ut ex obiectis sensibilibus, quae percipiunt (ante solitus motus inordinatos excitare) repente extinentur ad affectus prolixi contrarios, Diuina gratia partim immediate per sua auxilia transiunt, partim mediantibus virtutibus insulis, & acquiritis, utendo ad illos elicendos. **Vidimus,** inquit Ribadeneyra scribens de S. Ignatio nostro, frequenter illum ex tenuissimi rebus, ad Deum, qui in ministris etiam maxima est, ascendens, ex planule frondis, floris, fructu vnius aspectu, ex vermiculis alicuius aut bestiola consideratione, supra calos astollentem se, & ad ea qua à sensibus remota sunt penetrantem, capientemque è singulis vivissima documenta ad totius informationem vite.

Quia in domino, qui dominium passionum assequi sunt, sive ex auditione peccatorum gravissiorum in confessione sacramentali, sive cantuum laetiorum, quibus quandoque noctu lascivii oberrantes implent plateas, sensibiliter excitantur (Deo mortificationem passionum remuntrante) ad intensissimos actus amoris erga Deum, odij & doloris de peccatis, & ad desiderium Angelicè puritatis, née ullum etiam inuoluntarium sive patiuntur impunitatis affectionem, aut devonoris decrementum. **Vt etiam dum** vident chorae seculares, & similia oblectamenta mundanorum, cum aliquo peccato eorum sanè coniungi solita.

Decimo quinto. Dominium passionum ipsa quoque membra corporis, prout sive à sensibus diversa, recte componit, ordinat, dirigit, ut secundum dictamen recte rationis, & iuxta Dei voluntatem, & prescriptas à Sanctis leges & monitis suis fungantur muneribus, & suas functiones recte obeant, & non resistant rationi imperanti. Et ita S. Thomas ait, ad virtutem non tantum passionum, sed etiam membrorum moderationem spectare: **Sicut,** inquit, viri membra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitum sensituum ad motus proprios ordinatos. **Masculina** sunt virtutes, inquit S. Ambrosius, **Castitia, Paternia, Temperantia, Prudentia, Fortitudo, Iustitia:** quibus mens nostra & caro ipsa firmatur, & ad omnium simplicem munia virtutis erigitur.

Primo enim ex passionum dominio oritur, ne nullus indecorus motus, vel gestus in corpore appareat, qui merito cuiusquam prudentis & grauius viri offendat aspectum. **Sicut** qui clavis corpori infixos habet, inquit S. Basilios, doloribus premissu non facile agere quidquam posset, sic Dei timo-

re confessus (qualis est quilibet, qui suas confessit mortificationum iaculis rebellis passiones) non oculo vis prater decorum, non manus ad nefarias mouere actiones, non denique parum aliquid, aut magnum agere contra officium poterit.

Secundò, immo vero talen inducit in membris omnibus honesti decoris, & modestiae speciem, ut sapientes extinentur ad quandam pietatis sensum, & spiritualem latitudinem ac difficultatem. **Occusus,** mehercule, inquit Seneca, ipse sapientum iuuat, & est aliquid quod ex magno viro vel ep. 94, tacente proficias: nec tibi facile dixerim quemadmodum profici. Dicere non desinam, inquit S. Chrysostomus, quid non solium doctrina, & admonitio, & consilium, h. in Sal. sed & Sanctorum aspectus, atque vestrum amictus, & calceorum mos multum habet voluptatem, & voluptate. Magnum est hoc beneficium dominij passionum, quod per earum moderationem, & visum, in corporis actionibus, ac membrorum motu, etiam per calceorum aspectum adferat aliis vitalitatem, & voluptatem. Eniit hoc mirabiliter in S. P. N. Ignatio, de quo Ludovicus Cösalvus, oculatus testis, sic scribit in diario: **Vna ex rebus** que in nostro Patre plus resplendet, erat dominium passionum internarum, & motuum exteriorum, que edificabat, & conuincebat ad eos, quae cum eo trahantur, ut hoc solo traxerit ad Societatem personas infinges. **Hac ratione** se subiecit Patri, Doctor Michael Torres, comedendo aliquoties Rome cum Patre. Ita traxit Patrem Natalem Madridum, & multos alios sine alia persuasione, tantum modo quem tenebat ad mensam comedendi, & loquendo cum ipsis. **Habuit** enim compositionem, & modestiam diuinam, ut iuratus afferit S. Patris familiaris Ioannes Antonius Vipernius, Episcopus Iuvenacensis in Procesu factio pro eius Canonizatione.

Tertiè præter supra dicta, est subtilior quidam effectus dominij passionum in visu membrorum corporis, quia omnes motus, & gestus, & actiones membrorum exercentur à passionum dominio cum præiua cogitatione suggestere ei causam, cur sic vel alio modo debent hoc vel istud membrum mouere, illoque vt ad ordinarias functiones, & præterea ad fidem supernaturalem tales actiones dirigit, & per ipsos membrorum actus, ex imperio rationis & voluntatis ad finem supernaturalem eleuator. meretur, & supernaturaler Deum glorificat. **Hoc experientur** in se David, cùm dicere: Cor meum (l. 11. ps. 113.) cert anima cum potentia suis) & caro mea (cum suis membris) exultauerunt in Deum viuum: seu, vt 1. q. 10 explicat S. Thomas, ut cor accipiamus pro appetitu intellectivo, carnem autem pro appetitu sensitivo, qui non in anima est, sed in corporis membris, ut omnes Theologi & Philosophi docent. Quamvis enim, & corporis nostri sensus, ac membra, & passiones eius, cùm tantum circa obiectum sensibile versentur, non possint per se, subtileitate se ad Deum colendum, & ad alios actus supernaturales & meritorios, qui versantur circa obiectum

1.2. q. 59.
2.5.

lib. 1. de
Cain &
Abel. c.
10.

117.
b. in init.

118.
119.

120.
proc. Ma-
tionalis.

121.
ps. 113.

122.
123.

124.
125.

126.
127.

128.
129.

130.
131.

132.
133.

134.
135.

136.
137.

138.
139.

140.
141.

142.
143.

144.
145.

146.
147.

148.
149.

150.
151.

152.
153.

154.
155.

156.
157.

158.
159.

160.
161.

162.
163.

164.
165.

166.
167.

168.
169.

170.
171.

172.
173.

174.
175.

176.
177.

178.
179.

180.
181.

182.
183.

184.
185.

186.
187.

188.
189.

190.
191.

192.
193.

194.
195.

196.
197.

198.
199.

200.
201.

202.
203.

204.
205.

206.
207.

208.
209.

210.
211.

212.
213.

214.
215.

216.
217.

218.
219.

220.
221.

222.
223.

224.
225.

226.
227.

228.
229.

230.
231.

232.
233.

234.
235.

236.
237.

238.
239.

240.
241.

242.
243.

244.
245.

246.
247.

248.
249.

250.
251.

252.
253.

254.
255.

256.
257.

258.
259.

260.
261.

262.
263.

264.
265.

266.
267.

268.
269.

270.
271.

272.
273.

274.
275.

276.
277.

278.
279.

280.
281.

282.
283.

284.
285.

286.
287.

288.
289.

290.
291.

292.
293.

294.
295.

296.
297.

298.
299.

300.
301.

302.
303.

304.
305.

306.
307.

308.
309.

310.
311.

312.
313.

314.
315.

316.
317.

318.
319.

320.
321.

322.
323.

324.
325.

326.
327.

328.
329.

330.
331.

332.
333.

334.
335.

336.
337.

338.
339.

340.
341.

342.
343.

344.
345.

346.
347.

348.
349.

350.
351.

352.
353.

354.
355.

356.
357.

358.
359.

360.
361.

362.
363.

364.
365.

366.
367.

368.
369.

370.
371.

372.
373.

374.
375.

376.
377.

378.
379.

380.
381.

382.
383.

384.
385.

386.
387.

388.
389.

390.
391.

392.
393.

394.
395.

396.
397.

398.
399.

400.
401.

402.
403.

404.
405.

406.
407.

408.
409.

410.
411.

412.
413.

414.
415.

416.
417.

418.
419.

420.
421.

422.
423.

424.
425.

426.
427.

428.
429.

430.
431.

432.
433.

434.
435.

436.
437.

438.
439.

440.
441.

442.
443.

444.
445.

446.
447.

448.
449.

450.
451.

452.
453.

454.
455.

456.
457.

458.
459.

460.
461.

462.
463.

464.
465.

466.
467.

468.
469.

470.
471.

472.
473.

474.
475.

476.
477.

478.
479.

480.
481.

482.
483.

484.
485.

486.
487.

488.
489.

490.
491.

492.
493.

494.
495.

496.
497.

498.
499.

500.
501.

502.
503.

504.
505.

506.
507.

508.
509.

510.
511.

512.
513.

514.
515.

516.
517.

518.
519.

520.
521.

522.
523.

524.
525.

ieclum spirituale, alius sensibili tanquam sibi proprio possunt tamen per imperium rationis, & voluntatis ob motuum supernaturale ab intellectu homini propositum, & a voluntate voluntatis ordinare actiones sensuum, & membrorum, & passionum ad finem supernaturalem, & sic eas reddere moritias, ac Deo supernatura-

liter placentes, ut cum S. Thoma docent Theologici.

Atque hoc ipsum commendauit Apostolus primis Christiani: *Sue manducatis, sue bibitis*

in fine aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Quod Apostoli monitus S. Chrysostomus appellat *Apostolicam legem.* Quam quidem plane

imitar vita celestis ad miraculorum executus est

S.P.N. Ignatius, quia, ut dicitur in Relationibus

supra citatis S. Romana Rote Auditorum, &

Sicra Congregationis Rituum, expresse de eo

hac verba lunt posita: *Omnes suas cogitationes,*

verba, & opera, in Deum tanquam in finem referebat,

in Deum ordinabat, & ad illius honorem & gloriam

dirigebat. Præterea, ut scribit Maffeius, Ita erat

compatissimus moribus, vi nec manans, vel oculum, mem-

brumne aliquod sine causa & ratione moueret, & in

statu, incessu, accubatione, sessione decorum teneret. Nam

in leporando fuit adeo consideratus & parcus, ut nullum

plane verbum nisi consulito, ac meditato proferet. Et

licet, ut alibi ait S. Thomas, corpus non sit immo-

dium subiectum gratia, ex anima tamen redundat

effectus gratia ad corpus dum in presenti membra no-

nstra exhibemus arma iustitiae Deo, ut habetur Rom. 6.

Ex hoc principio deducunt Theologi cum Sua-

rio, & SS. Patrum authoritate confirmant, San-

ctissimum Eucharistiam non tantum in anima,

sed in corpore eximios relinquere effectus.

Quos Deus noster melius nouit, quam nos ex-

plicare possumus: quorum tamen aliquos indi-

cimus in Opusculo de SS. Eucharistia efficacia ad

spiritualiter profectum. Ideo merito S. Eccleſia-

petit in sacrificio Missæ gratiam à Deo: ut cor-

pori ei famulatur, & mente: ut sacra hostia nostra

corpora mentesq; sanctificet: ut ei corpore placeamus,

se. Ecl. & mente, & ut nos sibi faciat & mente, & corpore de-

uotus: ut celeste mysterium sit nobis reparatio mentis

& corporis, & ut sacra oblatione nos corpore pariter, &

D. qui. mente purificet. Ut ei plenâ atque perfectâ corporis

& anime denotione placeamus. g. Operationes enim, ut

quicquid, alio in loco dixit S. Thomas h. que sunt ab anima

& D. per corpus principaliter quidem sunt ipsius anima, se-

pol. Ep. cundari vero ipius corpori: habitus autem propria-

p. & in natus operationibus vnde ex similibus actibus similes

M. f. habitus causantur, ut dicitur in 2. Eth. i. Et idem dis-

positiones ad tales operationes principaliter sunt in ani-

Q. f. m. in corpore vero possunt esse secundario, in quantum

pol. f. scilicet corpus disponitur, & habilitatur ad prompte

quad. & f. disponendum operationibus anime. Et, ut alio in loco

temp. idem S. Doctor pulchre discutit, k. Cum bonum

homini consistat in ratione, sicut in radice, tanio istud

On. f. bonum erit perfectius, quantum ad plura, que homini

conveniant, & rurari potest: vnde nullus dubitat quin ad

deinceps perfectionem moralia bona pertineant, quod actus exte-

riorum membrorum per rationem regulam dirigantur. e. post.

Fit in homine quidam iustus ordo naturæ, inquit S. com. D. 8.

Augustinus, ut anima subdatur Deo, & anima caro, f. Secr. de

& per hoc Deo anima & caro. S. Iona.

Quarid Ad hanc quoque perfectionem per Gualbert.

ducuntur membra corporis per passionem do- 12. Iul. &

minimum, ut ad nutum rationi obedienti in ali- de S. Nic.

quibus magnis Dei seruis. Hinc enim tales, & Tol. & de

dum infirmi sunt, & dum desatiagos se sentiunt corporeis laboribus, & semidormientes Conf. non

(ex necessitate naturæ, non ex vitio) sentiunt Ponif.

cörper non resistere operibus pietatis: sed quo- g. Sec. de

dammodo magis inclinari ad illa, quam ad cō- dic. Ecl.

traria. De S. Francisco sic S. Bonaventura scribit: 10. a. 1.

Tanta in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta i. c. 1. & 2.

obedientia promptudo; quod cum ille ad omnem ni- k. 1. 2. q.

teretur sanctitatem per tingere, ipsa non solùm non re- 2. 4. 2. 3.

pugnaret, sed præcurvare interetur. De S. P. N. Ignatio ciu. c. 4. &

hæc iuratus testatur Ribadeneyra: Morbo sepe 2. 1.

oppressus, si quis modus existaret, ad quem expedientum c. 1. 4. vit.

virtute illius esset ac prudentia opus, statim quodam- num. 1.

modo conualesceret & animo corpus regente sanus 1. 5. c. 9.

fortisq; videretur. Ex quo illud iam nostrum trivum erat,

quoties ex morbo decunberet optandum esse, ut aliquid

eiusmodi existaret, ad quod explicandum Ignatius e le-

cio surgere, & morbum depellere cogeretur. Ita eue-

nit: quando ut assisterit de S. lob. S. Chrysostomus,

concors cum anima caro, ad pietatem trahit ate-

ritum. to. i. h. 3. de lob.

Simile quid de S. Bernardo scribitur in eius l. s. c. 1. 1.

Vita. Quamvis enim æger decumberet, sepius

erga eum Diuina prouidencia dispositus, ut quiores cum

grandis aliqua necessitas evocaret, vincere omnia a-

namo, vires corporis non defessent, mirantibus, qui vide-

bant eum & robustos homines in tolerancia superare.

Expletus autem negotiis velut in se rediens, multiplici-

bus insinuatis laborabat, ut vix viueret seriatu-

s, qui occupatus defecere neceſſebat, ut ex laboribus vires

capere videretur.

Non est igitur culpandum corpus, inquit S. Basili-

lius, ut qui recte de illo sentire voluerit. Quemadmo-

dum enim bonus est equus, & quando natura sua velo-

cior & feruentius, tanto melior, & tamē auriga &

gubernatore opus habet, ut pro expers ratione: qui vbi

ascensionem senserit, ipse quidem suo conatur vii inge-

nio: si vero auriga competenter iumentum moderabitur,

illo ad suum commodum rectur, & scopo prefigo

poterit & ipse seruabitur. & opimus apparebit iumenti

vbi vero male duces, pullum maxime, pullus ple-

rum, a via publica ad aia declinabit, & in præcep-

aliquando simul cum ipso infessore auferetur, & per

auriga negligientem & ignorauit, vicerit in pericu-

lo rapetur. Tale quid & de anima & corpore intellige-

Nam corpus naturales motus accepit non absurdos

& praus, sed omnino ad aliquid bonos & utilles. Ra-

tionem autem expers est, ut rationis prerogativa coho-

nescit anima. Si namque ipsa corporis motus condi-

gne disponerit, & corpus seruabit, & ipsa periculo va-

cabit. Si vero gubernationem corporis neglexerit, om-

nia oppresa sociora, moderationem eius permiserit,

Const.
mon. c. 3.

& ipsum tanquam rationis expers a recto excidet, & animam paribus ex aquo lapsibus ac ruina involuet, non ex propriâ malitia, sed per illius negligentiam. Si igitur affectiones corporis ab animâ dominari non possent, merito culpa daretur corpori. Si vero multis subdite ac morigerare fuerunt, qui illas coercere studuerunt; vide Basilium tom. 3. Constit: mon. c. 3. fine culpa quidem est corpus, nec reprehensibile his, qui illud tanquam malitiam authorem traducere conantur.

Vide Basilium tom. 3. *Animam vero culpabilis est propter negligentiam, que ad corporis dominum infraacta est, neque ex ipsa naturâ malum in se habens, sed ex neglectu boni in malo constituta. Malitia enim nihil est aliud, quam defectus virtutis. Potell ergo, iudicio S. Basili, dominio passionum corpus ad nutum obedire rationi.*

Confirmo hoc in membra corporis dominium, testimonio S. Macarij Ägyptij, qui applicans visionem Ezechielis Prophetæ, ad statum animæ Deo plenum, sic ait: *Quemadmodum animalia illa spiritualia non pergebant, quocunque liberes, sed quo nouerat, & volebat, si quis se fessor erat, & dirigebat, sic & in hac vita colibet ipse, & impellit dirigen spiritu suo, ut vi proficiatur (non pro arbitrio suo) scilicet reliqua passiones suæ naturali inclinationi, quam diu sunt indomiti, exercunt ad obiecta mala: in celum cum voluerint (scilicet domini passionum) & abieci corpore (hoc est, non permisso agere iuxta piratas inclinationis) tradat & impellat animam sapientiam suam in celestia: & rursum dum voluerit, descendit in corpus, & in cogitatione denud cum liberetur. In resurrectione quoque parti corpora dignabuntur honore, animam interim, que spiritus mixta est, talem praegstante gloriam. Quo loco S. Macarius, malus adhuc, quam diximus, agnoscit animam in corporis membra, adhuc ante resurrectionem, dominium, simile quodammodo illi dominio, & statui, quod habebit anima beata in corpus post resurrectionem.*

Et alio in loco idem Sanctus, sic hoc ipsum docet: *Gratia Diuina cor regi, ac moderatur invenitum organum corporeum: & si pascua cordis occupaverit, omnibus membris, & cogitationibus imperat, & per omnia membra corporis graditur. Merito ergo monet S. Chrysostomus: Vt mortificemus membra carnis (quod faciunt dominum passionum acquiriendo intenti) & ad mala operandum inefficiaciam reddamus. Sic enim potissimum valebimus ipsa Deo offerre sacrificium beneficium. Viatis quam nouum & admirabile hoc sacrificium: quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit Deo sacrificium. Quare, & quoniam hoc Quoniam spirituale sacrificium est, & nibil sensibili habet.*

de vita solit. col. 10. Similia docet S. Bernardus: *Vbi ceperit spiritus reformari ad imaginem Conditoris sui, mox etiam resuscitescens caro, ex voluntate sua incipit conformari reformato spiritui. Nam & contra sensum suum incipit eam delectare, quidquid delectat spiritum suum. Insuper & pro multiplici defectu suo ex pena peccati, multiplicitate scilicet ad Deum, nonnquam etiam contentit precedere rectorem suum. Delectationes enim non perdimus, sed mutamus de corpore ad animum, a sensi-*

bus ad conscientiam. Sic ergo subiugata à domino passionum carne, pax vera nascitur. Quæ vt ait S. Leo, tunc est vera pax, cum caro animo iudice S. i. quad. regitur, & animus Deo preside gubernatur.

Decimo sexto. Ex passionum dominio oritur, vt

etiam dormientes sint ab infestationibus carnis liberi, etiam si vel natura, vel dæmonis agitatione, turpis obiecta represententur imaginationi. Quod tribus modis contingit: Primo, ne vilus proflus sentiatur turpis affectus erga talia obiecta, quales etiam in vigiliâ exurgere solet in iis, qui passiones subiugatas rationi non habent. Secundo, quin potius etiam dormientes, eti si vnu rationis tunc non polleant, repente excedentes contra impura obiecta menti in somno representata, eaque non minus quam in vigiliâ auersantur; & contra nituntur. Quem supremum castitatis perfectæ gradum paucissim concedi solitum, dicit apud Cassianum Abbas Chæremont. Nonnulli, inquit S. Iohannes Cliticus, in ipsis quoque somnis accedentes ad se demones ignominis & contumelias castigant, impudicasq; mulierculas de castitate admonent. Tertio, quod si vlt. nulla sit turpitudine obiecti, imaginationi in somno oblati, sed tamen habens aliquam cum copula carnali affinitatem (vlt est colloquium cum feminis, representatione matrimonij initi, vel ineundi, aut cubitus simplex cum aliquâ eleganti feminâ) non magis Domini passionum ad libidinosos passionum motus tunc excitantur, quam si somnarent se assidere alicui arbore, aut cum proprio patre loqui, seu cubare: immo tunc pios affectus eliciunt dormiendo orantes, vt infra dicam fusus. Ideo merito S. Augustinus scriptum reliquit: Domine memoris mandatorum tuorum, etiam in somniu resistimus. Quod etiam in aliis Dei fernis feruentibus, & Deo fideliter seruentibus, experiri, certissimum est. Sed, vt ait Abbas Chæremont apud Cassianum, hac probare, virum possibilia sint, certo, examine definire poterit nemo, nisi per experimentam longam, & puritatem cordis ad confina carnis ac spiritus, verbo Domini dirigente peruenierit.

Verum hæc res est frequenti experientia italibus personis mihi etiam probe notis comperta, in Historiis, ac libris Ecclesiasticis celebrata. Nam cum verum sit, idque post Philosophos Ethnicos docet S. Chrysostomus: qualis sollet anima interdu meditari, talia & in somniu imaginatur, & effingit. multo magis id locum habet in iis, qui passionum sunt affectui dominium. Scribit Tursellinus S. Xaverium ad quandam speciem huiusmodi in somnis oblatam, ita repente exhorruisse, vt præ impetu resistens animi, multum e naribus sanguinem effuderit, & euigilauerit cum ingenti strepitu etiam corporis a non honesto somnio abhorrentis. Porro hoc loco notanda est tanquam certissima, historia lecta à me Roma, tunc dum essem adiutor P. Nicolai Orlandini in colligendâ ex scri-

*Coll. 1.7.
cap. 7.
gr. 27. col.*

*1.12. de
Geh. ad.
hit. c. 15.
Coll. 1.8.
cap. 8.*

*Set. 6. 1a.
Gen.
op. 10.*

*1.6. c. 6.
A. 7.
Gen.
op. 10.
ptis*

ptis Archiviorum Societatis material pro Historia Societatis, in somno illo S. Xauerij, nullam fuisse et representatam speciem fædam, nec illum paulum esse tunc ullam illusionem, vel tentationem nocturnam (quidquid scriptum sit à P. Rodericio, qui scripta Romani & Lufitani Archivij nunquam vidit) sed hoc solum ei dormienti representatum fuisse, quod *femina aliqua (non impudica)* videretur tangere pectus eius ralle, & manum intra vestem pectori adiunctam inferrere. Et hoc solo somnio, adeò solum illum contactum representatum abhorruisse, ut statim euangelauerit, & magnam sanguinis copiam è naribus effuderit. Hoc se ab eo audiuisse hic primum, cum è Lusitania discessurus esset in Indias, scriptit P. Simon Rodericus, & ego in eius Originali scripto, Roman missio hoc legi.

Sic S. Euphrasia Virgo sanctissima, & miraculis 22. Mar. celestis, cum ei dæmon malignus huiusmodi somnum immisisset, ut sibi videretur Senatorem illum (cui suauis Imperatoris deponens fuerat) cum milibus in Monasterium intrantem, eamque inde vi auserentem, humi cubans cum eam vim & molestiam ferre non posset, exclamauit adeò, ut Abbatissa, & quedam sorores exprefacta fuerint & eius amores audiverit.

127. Quà de re ex certâ experientiâ, & Patrū doctriñâ sic scribit Cassianus: Puritatem hoc erit euilens indicium, inquit, ac plena probatio, si vel nulla imago eliciens quiescentibus nobis, & in sopore laxitatem occurrit, vel certe interpellans, nullus concupiscentia motus valeat excitare. Licet enim ad plenam peccati noxam talis commotio minimè computetur, tameo ncedam perfecta mentis indicium est, nec ad parum excoli virij manifestatio, cum per fallaces imagines huiusmodi operatur illuso.

128. Idem Cassianus hæc addit: Hic est integratitatem fini, ac perfecta probatio, si quiescentibus nobis, utilatio voluptatis nulla subrepserit: ac pro necessitate natura nobis incoercis concretiones egerantur obsecra. Et c. 22. Huc v̄que igitur festinandum est nobis & eo v̄que adversus animi motus, vel carnis incertitia pugnandum, donec ista carnis conditio necessitatem naturæ expleat, non suscitare voluptatem, concretam exuberantiam (id est, semen) sine v̄lo pruritu noxaque propellens, non pugnam fulcians Casitatis.

Quocirca Abbas Chæremon apud Cassianum, sextum Caſtimonia gradum esse docet; ne illecebrophantatibus seminarum, vel dormiens illudatur. Sanè etiam Ethnici hoc, suo modo, agnoverunt. Nam Plutarchus in Opusculo de cognoscendo nostro in virtutibus profectu, inter alia, hoc eius signum recentet: Ex somniis reprehendere licet, num quis proficerit in studio virtutis. Si enim in somniis nullâ capitul voluntate erga turpidinem, neque graui inhet criminis, quo se contaminet, profususque nihil videt cum vitio & fuditate coniunctu, contentaneum est, omnia in tuto esse posita. Siquidem vi equi ingales rectâ currere instructi, non deserunt viam etiam dormiente aurigâ, ita bruti affectus do-

mitti, nec in somni facile recalcarant. Et Aristoteles lib. 1. eth. cap. 13. ait, proborum hominum meliora & pacatiora 1.9. de Re esse omnia, improborum molesta, & dira. Idē pub. init. eius Praceptor Plato sensit, & alij facili ac profani Authores citati à Delrio.

302. p. 2.

Non loquor hoc loco de miraculo dono 128.

caſtitatis, quod quibusdam Sanctis Deus, sine præviâ illâ longi temporis præparatione mul-

titudine actuum largitus est: vt S. Basilio teste,

S. Nazianzeno, & Abbat Sereno apud Cassia-

num, S. Bernardo, S. Thomas Aquinati, S.P.N.

Ignatio, B. Aloysio S. Tereſia, & S. Equitio apud

S. Gregorium Papam. Sed de eâ Caſtitatis per-

fectione, quam Deus post longam exercitatio-

nem diuturni temporis per multos mortifica-

tionum internarum & externarum aetius ac vi-

ctorias, solet largiri. Prius enim Caſtitatis do-

num, ad gratias gratis datas referri debet; quia

mīro modo collatum, vt Abbat Sereno, ad

quem adueniens Angelus in visione nocturnâ, euīque

velut aperiens pternum, quandam ignitam carnis stru-

mam de eius visceribus euellens ac proiciens, suisque

omnibus, vt fuerant locis intestina restituens. ecce, inquit,

incertitia carnis tua abſcissa sum, & obtinuisse te no-

ueris hodiernâ die perperuam corporis puritatem, quā

fideliter poposciſi. Sic S. Equitum Angelus, vt

scribit loco citato S. Gregorius Papa, eanuchiza-

uit, & omnem motum ex genitalibus eius membris

abſcidit. Sic S. Thomâ Aquinati somno corre-

pto, per quietem ab Angelis fuere fasciâ con-

ſtricti lumbi, quo ex tempore, omni postea libi-

dinis ſenſu caruit. Sic S. Ignatio apparet cum Maffi. I.

puero Iefu Mater Dei, omnem impuritatis spe-

ciet totâ vitâ à primis suaे conuerſionis die-

bus abſtulit.

Porrò hoc loco notandum est tironibus, fa- At.lib.2.
no modo intelligendum esse Aristotelem, & S. eth. c. 7. &
Thomam, & nonnullos alios dicentes insensi- 1.3. c. 11.
bilitatem circa delectationes tactus, & res ve- Th. 2. 2.
nereas, ſeu, vt eam appellat Aristoteles, stupidita- & q. 142. a. r.
tem, eſſe vitiosam. Loquuntur enim non de omni 2. 3.
insensibilitate circa delectabilia tactus (quia 3. eth. q.
aliqua talis insensibilitas fuit singulare donum 3. de tēp.
Dei in primis nostris parentibus ante peccatum Kroschein
ex iustitiâ originali collata, & aliis, vt ſuprà vi- 1.3. eth. tr.
dimus eritque in beatis corporibus in cœlo) 4. c. 5. dub.
ſed de insensibilitate quoad delectationes ta- 3. Mart. de
ctus in ſtatu coniugij, elecți ad propagationem Magistis.
prolîs, ex virtusque coniugis deliberata volun- q. 9. de ca-
tate. Si quis enim, vt ait S. Thomas, instantium dele- 2. 12. q. 142.
lationem refugeret, quid pretermitteret ea, que ſunt a. 1.
necessaria ad conſervacionem naturæ, peccaret, quaſi 1. Cor. 7.
ordini naturali repugnans. Et hoc pertinet ad vitium Rad. 1. p.
infensibilitatis. Non negat tamen S. Thomas ab- Virid. 3.
ſtentiam ab vſu coniugij, ſue ad tempus, vt va- Dec.
cent orationi iuxta confiliū S. Pauli, ſue perpetuō, ex mutuo coniugū confiliū, vt quidā ma- Rofvv. in
gini Sancti fecere, quos refert Raderus & Ros. Onomaſt.
noſtræ Societ. ſcriptores, & alij ob id ſummope- V. Conti-
nitia in Matrimonio.
rè, & ab Ecclesiâ, & ab aliis meritò laudati.

Secun-

Secundo notandum tironibus, aliud esse dominum Castitatis, aliud dominium passionis amoris seu desiderij circa obiecta contraria Castitatis: Domum enim castitatis, quod Deus singulari prilegio aliquibus, sed raro, largitur; est praestans, quam dominum passionum in materia venerea, quia prestantiores confert effectus: quanquam sunt aliquando haec duo coniuncta.

gr. 15.
Sap. 2. vlt.

Terio notanda est certissima doctrina S. Ioannis Climaci ex S. scriptura deriuata: Castitatem nostris laboribus, & industria, acquiri non posse, & possibile non esse, ut quispiam naturam suam vincat: ubi vero natura superata est, illuc is, qui supra naturam est, aduenisse cognoscitur. Et infra: Qui sua industria carnem suam vincere, vel debellare vult, in vanum currit. Nisi Dominus domum carnis deleuerit, domumque anima edificauerit, frustra quispiam hanc ieu-nando & vigilando destruere nittitur. Offer ante oculos Domini carnis naturalem infirmitatem, & tuam humiliati imbecillitatem agnoscens, prorsu saepe in intimis Castitatis donum. Et quidem hos gradus Castitatis Magistri vita spiritualis distinguunt. S. Bonaventura to. 2. Opuscul. pro celo Relig. 6. c. 40. differens, quae Religiosis castitas conueniat, ait primum gradum esse, Continentiam ab actu carnali, cum proposito manendi, & omnibus illicitis motibus confessum negandi. Secundum gradum ait esse, cum maceratione carnis, & per alia studia spiritualia, affectus ita mandatur, & caro ita spiritui subiugatur, ut rarius tentetur, & mutius. Tertium ait esse, ita edomitus habere carnis concupiscentias, quod vix rarissime, & tenuisimè sentiantur. Et ex affectu talis induitur Castitatis amor, ut horreat, & ita detestetur omnes carnales motus, quod quasi nauis inde patiatur nec posset audire tractari de operibus carni, nisi cum horrore corda, & extorsione. Si vero pro virtilitate aliorum, de Matrimonio casibus aliquid tractandum occurrit (ut in Confessione, scholastica lectionibus, & studiis rerum talium ad scienda peccata necessariis) ita quietos motus sue carnis sentiat, ac si de luto, vel lapidisbus, vel similibus tractaretur. Et cum per soporem humoris (id est, feminis) abundantia naturaliter seruolat, ita quiete, & insensibiliter profluat, ut nec turpium phantasiarum imaginationibus illudatur, nec in sensu sada delectatio titilletur. Ita perfecta Castitatis distinctio, prout in his peccati corpore potest haberi, a viris perfectissimis obtinetur. Ut autem stabiliter in hoc gradu, & continue perseverent, puto ad hoc requiri prilegium singulare. Altero Castitatis gradus enumerat Abbas Charemon apud Cassianum, & ex illo B. Laurentius Infinianus, in ligno vita, Tractatu c. 7. c. 6.

Primus, inquit, pudicitie gradus, ne enigilans impugnatione carnis illudatur; hoc est, ne ad peccatum perducatur carnis. Hoc quoque in omnibus est, qui dominum habent passionum.

Secundus, ne mens voluptarii cogitationibus immortetur. Hoc est, ne diuturnis fædis cogitatione-

nibus infestetur. Et hoc solent habere, qui sunt domini passionum.

Tertius, ne semineo, nec tenuiter, ad concupiscentiam moueat aspectu. Hoc quoque est in omnibus, qui habent dominum passionum, immo & in illis, qui illud nondum sunt assecutis, sed valde feruenter, & diu sine vilâ tepiditate Deo servient, & nullam vnoquam minimam regulam transgrediuntur.

Quartus, ne vigilans, vel simplicem carnis perferat motum. Hoc non omnes habentes passionum dominum habent, sed isti soli, quibus Deus contulit dominum perfectam Castitatis. Nam, vt bene ait Cassianus, Aliqui carnis aculeos, non tam 1.6. Inst. impugnatione concupiscentie turpis, quam natura cap. 4. tantummodo morte sentiunt. Ita tamen, vt quem 1.5. mor. admôdum scribit S. Gregorius Papa, Illimo cap. 11. & tui omnis delectationis obscuras auferatur, & simplex ille motus sit, in quo aliqua libidinis turpido non sit.

Quintus, ne, cum memoriā generationis humana, vel tractatus ratio, vel necessitas lectio ingessit, subtilissimus mente voluntaria actione persistringat sensus, sed velut opus quoddam simplex, ac ministerium humano generi necessariū contributum, tranquillo ac puro corde contempletur intuitu, nihilque amplius de eius recordatione concipiat, quam si operationem laterum, vel cuiuslibet alterius officia mente pertrahet. Hoc omnes habent dono Castitatis ornati. Sed qui solum habent passionum dominum, sine Castitatis dono, non omnes habent; illi tamen plus, in quibus est perfectius passionum dominium; sed qui illud habent perfectissimum, dum confessiones audiunt peccatorum valde faidorum carnalium, nullas sentiunt carnis titillationes, etiam inuoluntarias, vii nec dum necessarie conuersatione ac diuturna coguntur vacare, cum personis formosis vtriusque sexus. Quamvis in aliis occasionibus soleant sine tentatione carnis, motus fædos iniuti sentire, ex representatione obiectorum turpium, imaginationi, vel sensibus seingerentium.

Sextus, Castimonie gradus est, ne illecebrisphantasmatis faminarum vel dormiens illudatur. Hoc habent etiam illi, qui habent dominum passionum, non tantum iij, qui castitatis dono diuinis insigniti sunt. Loquitur autem in hoc gradu Abbas Charemon de illusione, que dormienti accidat cum effusione feminis inuoluntariâ. Alioquin non esset iste gradus altior prioribus, nec diversus, & inferior se primo illo gradu, quem suprà commemorauimus assecutum fuisse S. Xaverium, qui, vt ait loco citato Charemon, non solum possideri, sed etiam credi, non nisi à rarissimis potest.

Certissimum tamen est, ad eum peruenire aliquos dominos passionum suarum, quia noui tales personas, & in nostrâ Societate, & extra illam, hac gratiâ à Deo donatos, post multas sui victorias in passionum repressione reportatas:

vt

vi fide humana milia à me certius in hac vita senti possit. Quod affero non de iis, qui naturā sibi frigidi sunt, sed de iis, in quibus natura est ardens, & quae ex se ad res venetcas, ante acquisitionem passionum dominium, erat vehementer propensa, & carnis voluptatibus olim conquisita, antequam conuerterentur ad diuinum obsequium. Sane, inquit S. Macarius, S. Antonij Abbas discipulus, aliqui, in quibus libido prorsus defit, extinda est, & arescet. Sed si summorum sunt gradus: quos Abbas Chæremont apud Cassianum ait in hisce solammodo, qui Deo tota spiritus sui conuertione deservantur. Gratia enim Diuina, ut loco citato dixerat S. Macarius, cor regit, ac moderatur membra organum corporeum, & si passio corporis occupauerit, omnibus membris & cogitationibus imperat, & per omnia membra corporis graditur.

Confirmant sapientia duo magni in Ecclesia Deiantri, & vice spiritualis magistri. Primus est S. Antonius Abbas, qui differens de modo quo Sanctus Spiritus membra, & motus corporis à malo auocet, & conuertat ad bonum. Extinguitur, inquit, etiam motus ille per virtutem Spiritus pacificans totum corpus, & perueniens totum illum motum. (quem supradicte esse triplicem, unum à naturā, secundum à cibo & potu copioso, tertium à dæmone tentante) & addit: Aspicio, quid talis habitatio (scilicet Spiritus Sancti, in corpore mortali) in immunitate per Spiritum corpore accepit etiam in hec partem quandam spirituali corporis, quam acceptura erat in resurrectione inforiorum.

Et verè ita est, quia talis quies membrorum, est quædam species vita et letis, in resurrectio- ne mortuorum inchoanda.

Hoc ipsum S. Macarius S. Antonij discipulus docuit: In seruū Dei abundantem gratiam non tantum desideria, quæ à diabolo suggestur exscire, sed etiam naturam: & nunc viros Dei prestantiores esse primo Adam: nimis quia Adam post peccatum sensit impudicos motus carnis rebellis, quos multi Domini passionum, & dono Castitatis diti, non sentiunt. Tales Abbas Theonas apud Cassianum appellant incorruptos, Virgines Christi, admirabilisq[ue] atque egregios reputari Eunuchos, qui ipsam quoque minimam mentis titillationem, & remissima libidinis incitamenta vicerunt, & eis rique exemplarunt illum carnis (ut ita dixerim) sensum, ut non solum ex commotione eius nulla oblectatione, sed nequā quidem titillatione tangantur.

Quod sane magnum & rarum Dei beneficium est, si sit coniunctum cum debellata vanâ gloria, vt fuit utrumque in gradu excelso in S. P. N. Ignatio, vt supradicimus. Quia, ut peritus vita spiritualis doctor S. Diaclodus scriptum reliquit, Post vniuersas penes passiones ab homine Dei vici asperguntur duos remanere demones, luctantes cum eo, quorum unus quidem turbas facit anima, dum ita eam ob amorem Dei ad importunum zelum traducit, ut nullum alium agere atque se Deo placere velit: Alterum

verd corpori, dum illud ad desiderium rei venerae incendi cuiusdam operatione mouet. Hoc autem corporis accedit, primū quidem, quia voluntas propria est natura, ut pote ad generandum insita, quamobrem facili corpus superatur: deinde quia cedit Deus. Cum enī aliquem in numero luctantium multitudine virtutum excellentem esse videt, permitit eum quandoque ab huiusmodi demoni sedari; vt existimet se omnibus viventibus viliorum. Quod quidem adeò vniuersaliter putat esse S. Ioannes Climacus, ut dicit: Cat. gr. 14. id. nō ignem sedari extinguiri, dum in vita sumus, fieri vix posse puto. Quanquam deinde gradu sequenti enumerat gradus Castitatis ferè similes supra recentius ex Abbatis Chæremontis doctrinā.

Pudicus est ille, inquit S. Climacus, qui in somnis nullam motum, nullamq[ue] status suis mutationem sensit:

qui & in somnis perfectam semper insensibilitatem in corporum specie, & varietate possidet. Hec regula est perfecta consummataq[ue] Castitati, vt ita animata, sicut inanimata intucamur, atque ita rationalibus, sicut brutis corporibus afficiantur. Initium quidem Castitati est, cogitationibus sordidu non acquiescere, atque per intervalla temporum obsceno liquore illo simpliciter, & absque ullâ imaginationis illusione respurgi: mediū verd, naturalibus motibus ex repleto ciborum aduenientibus absque imaginibus (scilicet phantasmatibus imaginationis) inquietari; ita tamen, vt ad fluxum vsque illi non perueniant: Finis autem, mortificare corpus, iam antea mortuis cogitationibus sordidu. Felix reuerat est, qui ad omnem colorem corporis, atque aspectum perfecte insensibili effectus est. Magnus & ille est, qui nulla ex tactu passione mouetur. Maior verd, qui nullo aspectu vulneratus est, atque cogitatione superne pulchritudinē ignem spectaculum vicit. Vocat hinc faciem mulieris, ignem spectaculum. Et infra Mirabile milii quidam, supremumq[ue] Castitatis insinuanit culmen. Quidam aiebat, cum pulchritudinem, atque venustatem intuebatur corporum, ex ea admittit magnitudine glorificauit Opificem, atque ex solo huiusmodi spectaculo, in amorem Dei, somenq[ue] lacrymarum excitatus est. Huiusmodi verd si semper hoc sensu atque actione perdurat, ante communem Resurrectionem iam in incorruptionem transit. Eadem regulâ & in melodius & cantici vitemur. Nam ijs quidem qui Deum diligunt, in hilaritatem, Dei, dilectionem atque in lacrymas & ex mundanis, & ex spiritualibus cantici excitari solent: contra autem, qui voluptatibus addicti sunt, vnde sibi perducent materiam colligunt. Vera dixit hic Sanctus, noui enim tales in nostra Societate.

Hæc S. Ioannes Climacus. Sed si omnia ab eo tradi, nimis excelsa videntur, saltem id a sequi conentur Castitatis sectatores, quod Abbas Chæremont compendio retulit: Hæc est consummatio castitatis, vt vigilante Monachum oblectatio tibidinū nulla pertingat: vt quiescentem omniorum non fallat illusio, sed cum dormienti tantum per sopora mentis iniuriam commotio carnis obrepserit, quemadmodum sine ullâ titillatione voluptatis excitata est, ita

in ligno
vita, tr. de
continet
tia c. a.

& fin villo pruriens corporis conquiscat. Magnum est hoc Dei donum & rarissimum. Merito ergo scripsit B. Laurentius Iustinianus: *Maius mirandum est, de propriâ carne somitem eradicare luxurias, quam expellere immundos spiritus de corporibus ahenis.*

Dicē Quomodo fieri potest, ut is qui passionum dominium habet, nullas in somno patiat, etiam circa effusionem seminis, tristillationes, sed horrore poris fædorum obiectorum repreäsentatorum dormient; in vigilâ vero eas patiarunt (ut dictum est in quinto Castitatis gradu) vigilas enim homo magis est Dominus lutorum affectuum, quam dormiens, & melius cognoscit fæditatem venerantium rerum, quam somnians; ideo videtur aptior ad reprimendos onus feedos motus in vigilâ, quam in somno; quia, ut ait S. Thomas *plus viger ratio in vigilando, quam in dormiendo.*

Respondeo: Quamvis certum sit, aliquos passionum dominos, & quintum, & sextum gradum, Diuinâ gratia beneficio, esse assuetos, tamen cum experientia doceat, in aliquibus eorum esse altiores gradus, minores non esse id ad Diuinam voluntatem referendum esse, qui non nullis maiora dona concedens, negat minoratum ob causas sibi notas; tum vi hac ratione quius cognoscat, se sine suis meritis esse assuetum maiora, quando, licet conatus adhibeat & preces, non potest acquirere minorata, ubi humilitatis materiam, ut supra ex S. Gregorio, & S. Gertrude refutimus. Sa. è Elianus diuinatus sequit Eliam raptum iri, rem tamen amitorum momenti, scilicet mortem patulæci non revelauerat Deus. Beatissima Virgo Maria non intellexit verba illa à Christo sibi dicta, dum inventus esset in templo, in medio Doctorem: *Nesciebatis, quia in his, que Paris met sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.* Cum tamen res maioris momenti B. V. Maria perfecit intellexerit, idque Deo reuelante, humirum, Mysteria Trinitatis, & Incarnationis (etsi non quoad omnes eius circumstantias) idque à primâ sui sanctificatione, quam accepit à Deo in vtero Matris, idque perfectius quam Angeli & Adam, Apostoli, & Theologi illa intellexerint, ut bene probat ex SS. Patribus & ratione Pater Suarez.

Sicutiam Apostoli, Christo vincenti in carne, cognoverunt & crediderunt Christi Diuinatatem, camque confessi sunt, tamen non scierunt eum debere resurgere à mortuis, teste S. Ioanne, id dese, & aliis assertente: *Tunc ergo, anquit introuit & ille discipulus qui venerat primum ad monumentum, & vidit, & credidit, nondum enim sciebat Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere, quamvis hoc ipsum diserte Christus Dominus eis ante mortem prædicterit.* *Eiusdem hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum,* & tertia die resurget. Addit S. Marcus: *At illi ignor-*

rabant verbum, & timebant interrogare eum. Minor autem res est, Christi Domini Resurrecio, quam eius Diuinitas. Angelis reuelata erat & Sancti simus Trinitatis Diuinitas, & substantia Incarnationis Verbi, circumstantia tamen eius, Dion. e. illis diu ignota fuerunt, ut docet S. Dionysius, cap. hier. & S. Thomas, & S. Bernardus, & colligitur a Th. p. q. pertè ex Apostolo, ut notauit S. Hieronymus in Commentariis, & S. Cyrilus citatus a S. Thomas, Opus, t. c. 26. Sic S. Antonius Abbat, ut scribit S. Athanasius, Deus reuelauit quandam è 10. suis p̄c̄ s̄ti mori, ideoque iussit ei lagenam aque deferriri, locum vero eius p̄c̄ s̄ti mortuum, atque quām esset mortuus moritum non reuelauit, unde instantem eius mortem, ut alterius Socij, submissâ aquâ impedit non potuit. Quā occasione, inquit S. Athanasius: Fortasse aliquis querat, cur non antequām alter moteretur, Antonius monuerit: Indigna pro�us Christianis quæstio: quia non Antonij, sed Dei iudicium fuit, qui & in morientem, quam voluit, tentavit, & de scientie reuelare dignatus est. Eodem modo Deus concedens, quandoque majora, non concedit minoria, sicut ei placet.

Plerumq. Omnipotens Deus, inquit S. Gregorius 4. p. p. 1. Papa, idcirco aliquorum mentes, quamvis ex magna parte perfecti, imperficietas tamen ex paruâ aliquâ parte derelinquit: ut cum miris virtutibus rutilant, imperfectionis sua reddo talescant, & nequaquam se de magnis erigant, dum adhuc contra minimâ innitentes laborant. Quia in re locum habet illud Abbatis Theonae apud Cassianum: Que non per doctrinam, sed per experientiam, cognoscuntur, sicut tradi ab in- cap. 11. experio nequeunt, ita nec mente concipi, vel teneri, nisi ab eo, qui similis studio fuerit atque institutione fundatur.

Dicimusquid Cum passionum dominio soleret esse coniunctum. Dei beneficium tempore somni, nimirum p̄i affectus erga Deum, & diuinam, coniuncti vel cum proprio dictâ oratione seu colloctione cum Deo, vel cum confidatione accurata & ordinata rerum diuinorum ac piarum, vel cum aliis actibus heroicarum virtutum, ut est, Patientia, Humilitas, Odiu[m] sanctum nostrum. Hoc experiuntur passionum domini, & scribitur in vitis Sanctorum. B. lib. 1. de Virginem Mariam cum dormiret, & corpore Virginib. & mente vigilasse in oratione, scribit S. Ambro- cap. 11. sis, De S. Cæsario Arelateni Episcopo duo Mellianus scribunt, cum etiam in somnis orationi vacasse: Deum, inquit Mellianus, in corde suo, Augu. quatuor solum in oratione, & in observatione, sed etiam in somno secum semper habuit. Denique nos ipsi, vel conservi nostri, qui in cellâ ipsius manserunt, scimus, quod diximus illum, inter pauas somni, spiritu semper vigilate dicere tanquam admonens, qui Psalmus diceret Age: Nullus dubium est, quod aut spiritualiter cum San- dis p̄falebat, aut certe illud impleuerit Propheti- cum. Ego dormio, & cor meum vigilat, frequenter eti-

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO. 301

in sopore positus, de futuro iudicio, vel de eterno praemio prædicabat.

Fit enim nonnunquam, inquit S. Ioannes Claudio, ut in somnis ex assiduitate exercitij laudabilis Psalmorum meditemur eloquia. Et paulo post ait: Animamque verbum Dei quotidie meditatur sine intermissione, solere, per soporem quoque in eodem morari. Et enim hoc secundum primi propriæ remuneratioem, quæ scilicet Spiritusphantasmata evitantur. Et alio in loco: Qui veraciter amat, nec in somnis potest quietescere, sed tunc quoque eum, quem desiderat, vident, atque cum illo vñā immoratur. Hoc iaculo quidam vulneratum duebat de se ipso: Ego dormio propter necessitatem, & cor meum vigilat per amoris magnitudinem.

Et alibi: Ex Meditatione Divinae legis sine labore, non solum vigilans, uerū etiam dormiens, is qui iam proficit operatur. Dominus enim passionum, exempli gratiæ, si formiet se rem aliquam sibi clara, vel preciosissimum perdidisse, vel viderit esse destruatum, nullum motum proculs sentit tristitia aut doloris. Item, si occurrat aliqua occasio etiam leuis peccati, aut defectus contra paternitas votum, aut etiam aliam aliquam virutem, non audet illum committere, sed expressè sentit in se remorsum conscientia, ab illo defecitu eam retrahentis, et si dormiat profundissime. Hoc certissima experientia comprobatur.

De S. Francisco Xauerio scribit Turfellinus: Ne somnu quidem, inquit, vacabat oratione. Quod ipsum etiam de somno Alfonsi Rodriguez Coadjutoris nostri scribitur in eius Vita. Si enim, ut ait S. Basilius, occupatus in iudicio Dei animus, & in assidua rerum honestarum, & Deo placitum meditatione versatus sit, consimilia etiam sine dubio habebit somnia.

Talem autem somnum desiderandum esse docent Sancti. Ideo S. Basilius aliquot in locis monet: Somni ipsi, pietatis exercente meditationes quedam sint. Que enim nobis sopore deprestitæ ac solutæ de peccatis, obuersantur imaginationes, consuerunt nescio quo pacto plurimum contingere, seu extremitus quidam tenor susurri lenis, aut soni editi, idque ex curia, quas tecum agit aueris interdù. Tantisper enim dum vivitur, cuiusmodi fuerint studia, exercitationes, & nostra, istiusmodi necesse sit insomnia, se dormientibus nobis ingerant.

Didicit hoc S. Basilius à Spiritu Sancto: qui Deut. 6.7. optat, ut quis medietur in preceptis Dei, sedens in domo sua, & ambulans in itinere. Dormiens, aquæ consurgens. Tunc enim, ut ipse Deus dixit Iob 33.15. Sancto Iob: Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & eruidens eos instruit disciplinam. Quamvis enim in loco Deuteronomij, possit intelligi tempus præcedens dormitionem, dum homo cubare incipit, tamen quia Spiritus S. intendit omnes pios sensus, qui possunt eliciti esse verbis S. Scripturarum, & docent Theologi tractantes de sensibus Scripturarum, & indicant loca ab Apostolis citata in libris Novi Testamenti desumpta ex veteri

ideò de ipsa quoque dormitione & somno, verba illa Domini possunt propriæ, & in sensu literali accipi, nimirum, ut modo nostro p̄i viuendi, etiam somnia nostra reddamus pia, & circa piarum rerum considerationem occupata, iuxta consilium S. Bernardi: Iturus ad somnum, semper aliquid tecum deser in memoria vel cogitatione, in quo placide obdormias, quod nonnunquam etiam somnum iuuer. Verissimum enim est dictum Aristotelis, ex virtute virtutibus dedita, honesta proficiunt somnia. Meliora sunt, inquit, visa bōnoram quam quorumlibet. Ideo bene S. Hieronymus scriptis: Sanctis, ipse etiam somnus oratio est. Hinc S. Ambrosius, Jacob, inquit, in somno bonus operarius, quoniam plus negotij cum Deo peregit dormiendo, quam vigilando. Quomodo somnus sit oratio, iudicio S. Hieronymi non disputo. Si somnus enim meritior non est, oratio in somno, proprie dicta oratio non est, quia est actus Religionis primaria virtutis. Omnis autem actus virtutis, ut talis sit saltem liber esse debet; libertas autem in somnis ordinariis, ut omnes docent, locum non habet, sine singulari Dei priuilegio, quo dotata sunt fuisse S. V. Mariam magni Authores tradunt.

Et de nostro P. Petro Cottone concionatore Illustri Henrici IV. Galliarum Regis legi Romæ anno 1629, in eius Vita, accommodata mihi à R.P. Stephano Charletto Assistente Provincia rum Galliarum, illum diuino beneficio decem canticis annis ante suam mortem, id assecutum fuisse, ut etiam dormiens vsum liberi arbitrij haberet, ad orandum, & diuina tunc meditanda. Quod ita efficaciter faciebat, ut ex eius dormientis ore frequenter orationes ejaculatoriae bene exaudirentur ab iis, qui in cubiculis ei continuo muro disiunctis habitabant. Magnū est hoc Dei beneficium! Vnde Clemens Alexandrinus ita dormientes ait: Se assimilare Angelis, quos nos ἐγενόμενοι, hoc est, vigilantes vocamus. Vbi significat animam quasi mori, si cesset à meditatione, vivere verò, & aternare, si in continua se meditatione exerceat.

Ad hoc caput spectat consuendo orandi attentè corundem, quam habent, dum non ex negligenti somnolentiā, sed ex morbo, vel indispositione corporis dormire non possunt, etiā ob naturæ necessitatē conentur, sed hoc modo, debilitato per insomnia capite, semi vigilando, semi dormiendo, vel potius dormitudo, tamen pios erga Deum & Diuinam affectus eliciunt, diuturno tempore, & quidem cum sufficiēti attentione, & feroore. Quod omnino certissimum esse indubitate sciō, qua noui tales in nostrâ Societate, qui in se id frequentissime Dei beneficium experientur.

Decimoctauo Dominium passionum conductit ad excellentem orationis perfectionem, & modum triplicem.

Primo Conciliat attentionem in oratione,

Cc ac

ac distractiones arcet. Cū enim, vt docet S. Thomas, & experientia quotidiana, altus contemplationis, seu orationis, impeditur per vehementiam passionum, per quam abstrahitur intentio anima ab intelligibilibus ad sensibilia, & per tumultus exteriorum; dominus passionum, tum refranando passiones, dum in earum dominio proficiebat, tum augendo virtutes morales per actus virtutum, quibus passiones domabat, tollit hęc impedimenta, & attentionem in oratione causat. Virtutes enim morales, vt ibidem S. Doctor addit, impeditur vehementiam passionum, & sedant exteriorum occupationum tumultus: quibus sedatis mens attente oratur.

133. Alter modus, quo attentionem confert passionum dominium, per virtutes morales, traditur à S. Thoma loco citato: Quia sanctinioria, id est munditia, causatur ex virtutibus, que sunt circa passiones impeditentes puritatem rationis. Pax quoque causatur ex iustitia, que est circa operationes, secundum illud Isaie: Opus iustitiae pax, in quantum scilicet ille, qui ab iniuria aliorum abstinet, subtrahit iugorum & tumultuum occasiones: & sic virtutes morales disponunt ad vitam contemplatiuum (quæ sine attentione sublistero non potest) in quantum causant pacem & munditiam, quā prædicti solent valde attente orare, & vel nunquam, vel raro, vel leuiter infestari à distractionibus.

134. Tertius modus concilianda attentionis in oratione per dominium passionum est, qui cum eo coniuncta solet esse in gradu excelsissimum. **126.** virtus Castitatis (vt supra ostensum est) cum ergo temperantia reprimat concupiscentias, lumen rationis maximè obscurans, vt air S. Thomas ibidem; hinc est, quod virtus Castitatis maxime reddit hominem aptum ad contemplationem, in quantum delectatione venerate (per illam comprehendere) maximè deprimit mentem ad sensibilia, vi Augustinus dicit in libro Soliloquiorum.

Quæ omnia summarie indicat S. Gregorius **15. mor.** Papa: Cūm contemplationis artem aliqui tenere desiderant, prius ēē in campo operis per exercitium probent, ut solliciti siant, si nulla iam mala proximus irrogant; si irrogata à proximis; equanimiter portant; si obiectis temporalibus bonis, nequaquam mens latitū soluitur; si abstracti, non nimis merore sauciatur. Ac deinde perpendant si cūm ad semetipos introrsus redeunt, in eo quod spiritualia rimantur, nequaquam secum rerum corporalium umbras trahunt, vel fortasse tractas manu discretionis abigunt. Hæc autem bona sunt in passionum domino, per dominium passionum introducta.

Secundū passionum dominium vehementer conductit ad unionem mentis cum Deo actuali, etiam in operibus natura suā valde distractiuis. Quamvis enim, vt ait S. Thomas, impossibile sit aliquem simul occupari circa exteriorum actiones & diuina contemplationi vacare: tamen addic, per illas exteriorum actiones adiuua-

ri contemplationem, quia per eas anima passione componuntur, & ordinantur, & impeditur mordatio interiorum passionum impediens contemplationem. Ideo illi qui dominij passionum iaurum fuerunt, in summis occupationibus mentem habebant Deo unitam actuali eius memoria, & piis erga eum affectibus elicitis tunc feruentem.

De S. Martino Episcopo scribit S. Severus **136.** Sulpicius: Nungam hora villa, vel momentum preterit, quo non aut orationibus incumbet, aut insufficiat vita re lectio. Quanquam & inter legendum, aut si quid aliud forte agebat, nunquam animum ab oratione laxabat. Nimisq; vt fabri ferrarij mos est, qui inter operandum pro quadam laboris leuamine, incudem suam ferunt, ita Martinus etiam dum aliud agere videbatur semper orabat.

De S. Cæsario Episcopo scribit Mesianus in **1. a. c. s.** eius Vitā suprà citatā: Deum in corde suo non solum in oratione, & observatione, sed etiam in conuicio, in itinere, in colloquio, in incessu, in prosperis & aduersis semper habuit. Hoc enim maxime curant, inquit S. Bernardus, spiritu libis exercitationibus dedit, taliter. Ser. ad loco. se circa exteriora occupare, ut devotionis spiritum non extinguant: unde licet extrinsecus honorabilius exercitus fatigetur in corpore, intrinsecus tamen resciuntur in mente. Hoc ipse quoque S. Bernardus assecutus fuit: Nam mortificata sensualitate, inquit Author eius vite, cuius seu curiositate, sen in **1. i. vitz.** firmate in hiu modo laborum corporalium distrahit, & timoribus, perectorum etiam quorumque mentes, sepe necesse est, et si non intentione, certe memoriam & cogitatione ab interiori vmitate spiritus, aliquam pati dissolutionem, ipse prīlegio maioris gratiae, in virtute spiritus simili & torus quodammodo exterioris laborabat & torus interius Deo vacabat: in altero pascens conscientiā in altero deuotione. Laboris ergo tempore, & intus orabat, seu meditabatur, absq; intermissione exterioris laboris; exterioris laborabat, absq; iacturā interioris suavitatis. Ad orandum, si sō solitudine offerret, recubatur, fin autem, vibescens, ubique solus erat. Omnis ei ad meditandum hora breuius locu omnis congruens erat. Talis erat coquus **1. 3. cap. 1.** quidam laudatus a S. Ioanne Climaco, & noster g. 4. Alphonsus Rodriguez, quorum ille in culinā hic in ianitoris officio per plures decades anorum, mentem cum Deo coniunctam circuferet cum clauibus. Et illi Monachi apud Cassianum, quibus ita incessanter operatio manus **1. 3. inc. 1.** priuam per cellulas exercebatur, ut Psalmorum quoque vel ceterarum scripturarum meditatio nunquam penitus omitteretur. Qui preces & orationes per singula momenta miscentes, in his officiis (felicitè precium) que nos statuo tempore celebramus, totum diei tempus absuebant. Similia narrauerat l. 2. c. 14.

Atque hoc familiare nostris optabat esse **137.** S.P.N. Ignatius teste Ribadeneira, ut Deum in rebus omnibus presentem cernerent, & mentes suas, non in oratione tantum, ad celestia attollerent, sed riuieras res atque actiones angulas in Deum refer-

referent, neque minorem devotionem spiritum in actione quam in ipsa meditatione sentirent. Et hanc quidem orandi consuetudinem assiduam cum iu alius, tum vero in hominibus plie occupatus, tanquam magis experitiam probabat. Nam, ut ait S. Macarius, Hoc adepti sunt sancti Domini, ut velut in specula sedentes, contemplentur deceptio[n]es seculi, ipsique secundum interiorem hominem cum Deo loquuntur, secundum exteriorem vero videntur oculis intuentium, quasi spectatores, qui sunt in hoc mundo.

Tertid, beneficio dominij passionum disponitur quoque earum Dominus ad orationem, quam vita spiritualis Magistri nominant Aſſumum, per quam anima sine multis discursibus intellectus, vel sola Dei ipsius, aut rerum ab eo gestarum, vel beneficiorum collatorum recordatione, aut creaturarum perceptione per sensus quoscumque statim, dum id conatur, in teneros sepe expandit erga Deum, & Diuinam affectus, vel admirationis, vel laudis, vel gratiarum actionis, vel petitionis, aut obsecrationis, vel amoris, & congratulationis, vel odij, & horroris peccatorum propriorum, aut alienorum, vel commiserationis erga afflictos & pauperes, & oppressos, ex puro erga Deum affectu, quia ab eo creati & redempti sunt, amatos, vel alii modis, quos fusē explicat, & bene, P. Iacobus Alvarez.

Addideram hoc in loco decimum nonum effectum dominij passionum, scilicet, diminutionem, vel potius abolitionem, seu non sensum erubescientia quibusdam in rebus. Nam aliqui passionum domini, ac si essent quodammodo instaurati innocentiae, non erubescunt, dum (vel tempore martyrij iusti tyrannorum, vel tempore morbi iusti medicorum) patiuntur iniusti damnationem sui. Non quidem eo modo, quo lascivi & impudentes ac perfidae frontis homines, in ebrietate vel alias, non erubescunt dum denudantur vel se denudant, sed illo, (proportione quadam) quo primi nostri parentes ante peccatum, non erubescerant se esse & videri iudeos, vel Sancti in celo, dum suis vestientur corporibus, nudi non erubescerent, & infantes non erubescerunt. Verum quia vii ex Censoribus, seu, ut vocat, Revisoribus huius Opusculi, extra hoc Regnum, ista doctrina seu sententia non placuit, (quamvis Revisoribus aliquot, eximis Theologis ac Professoribus, & ante & post revisionem hanc intermedium externi Censoris placuerit) expunxi illam libenter, non ob rationes & autoritates quas adduxit intermedius huius Opusculi Censor, sed ob solam illius auctoritatem & in gratiam illius. Subito hac vice meum hac in re iudicium, & nunc a me id fuisse scriptum nolo.

Mouerat autem me ad hoc sentiendum & scribendum, primum, certissima experientia magnorum Dei seruorum, quos ad hunc statum peruenisse certe scio: quia per hos 46. annos

mei sacerdotij, fere perpetuo vel Confessarius vel superior in variis Provinciis fui tu nostrorum exterorum, inter quos, pleroque habui, magnis Dei donis valde ratis ornatos, quales (saltet tot) non habuit magnus ille Prelatus meo intermedio Censori notus, qui valde exiguo tempore, & uno tantum in loco, bonis animalibus regendis praefuerat.

Deinde hanc experientiam a me humanam Arist. 1.4. eth. c. 9. & de certiore confirmauit post Aristotelem S. 1.2. c. 7. & Thomas, & alij auctores grauissimum, qui negant 1.3. ad verecundiam propriam esse simpliciter virtutem, Eud. c. 9. sed passionem, & virtuosos a senes, aliquo modo verecundia care, Quocirca sicut passiones, & quidem magis innatae, & natura suâ vehementiores, quam sit verecundia, diminuantur, iudicio S. Augustini & S. Thomae b. (quod quis magis in virtutibus progradientur) ita & verecundia circa Pun. 1. aliquam partem sui obiecti vel materie circa Azor. 1.3. c. 16. q. quam versatur, seu excitamenti a quo oritur vel exurgit, seu in minuitur, & tandem dum Deus Suan. ro. vult, gratia eius beneficio aboletur, & cessat, 4. in 3. p. quoad certos suos actus vel motus, circa aliqua d. 7. obiecta vel excitatione. S. 1. o. 6.

Verecundus enim & pudor, seu erubescencia Dandin. in 3. anim. (de qua hic disputo latè sumptus vocabulii, nā digred. 41. in re idem sunt, etli ratione connatorum dif- p. 1. §. de ferant strictè sumpta verecundia & pudor, vt verec. notat Septalii (scilicet 1.1. problem. q. 32.) erubescencia, inq. 1. q. 32. Lalius peccatis, & virtutibus, ab ignominia seu eius me- Peregr. 1. tu, & laudibus & honoribus, & à rebus quibusdam indifferentibus.

Dominum passionum non tollit neque minuit verecundiam occasione peccatorum ortam, immo auget. Et hoc probant Sanctorum & ethniconum sententiae, dum aiunt, verecundiam esse laudabilem vestem, custodem, colorem virtutum, ac matrem honorum operum, praesertim in adolescentibus. Et talem verecundiam circa peccata poscit Ecclesia: Ut, e pudore arcam mutat à peccato, & post patratum peccatum erubescamus, & hac erubescientia disponamur ad preventiam ob coniunctionem peccatum, & ad non committendum nouum. Et non sentire pudorem seu erubescientiam in peccatis, signum est, indurati cordis in malo, & in profundo vitiorum sepulti.

Circa virtutes vero, non erubescunt viri perfecti, ut fuit Apostolus, qui de se scripsit Rom. 1.16. Non erubescere Euangelium, & Timotheum monet 2. Tim. 1.8. Noli erubescere testimonium Domini nostri, neque me vindictum eius: & ibid. vers. 16. Onesiphorus laudat, quia catenam eius non erubuit. Sed imperfecti, & in Dei obsequio tepidi, erubescunt virtutum exercitium, humiliari, confundi, mendicare, & alia virtutum opera publicè exercere. Talium è numero sunt, de quibus Christus dixit, Luc. 9.26. Qui me erubuerit

buerit & meos sermones, hunc Filiu hominis erubescet,
cum venerit in maiestate sua.

Circa ignominiam seu confusione & eius
metum, in dominis passionum verecundia mi-
nuitur, & sapè à viris perfectis non sentitur,
quia quod humiliores sunt, ed minus erubescunt
dum malè & ignominiosè tractantur, & publi-
cè confunduntur, ac ad imitationem Aposto-
rum, Act. 5, 41. vnde gaudentes, quoniam digni ha-
biti sunt pro nomine Iesu consumeliam pati.

Circa laudes & honores, in passionum do-
minis, verecundia viget, quia vehementer eru-
bescunt & confunduntur intus & extra, dum se
honorari vident, aut ab aliis laudari, vel aliquid
in sui commendationem honorificè referri. Ita

Rib. 1, 5.
cap. 3.

S. P. N. Ignatius verecundatus est & expauit, ut vir-
go solet castissima, à viris sola deprehensa, cum eius so-
cius P. Iacobus Leynes eum interrogasset, verumne esse,
illi à Deo Archangelum datum in custodiā & tute-
lam. Idemq[ue] s[ecundu]m se accidit, ut de iis rogatus, que cum
eius laude coniuncta essent, non aliter quam verecun-
diā silentioq[ue] responderet.

Denique circa res indifferentes nonnullas,
vt luntinopinatus aduentus vel ingressus fa-
minarum nobilium & honestarum ad conclu-
sionē casti & pudici hominis: fixus aliquicu
oculorum aspectus in faciem casti & pudici iue-
nis vel senis ab eo agnitus, inuoluntaria & coa-
cta denudatio, & his similia, in multis passionū
dominis contingunt sine erubescentiā, vt su-
p[re] ostensum est.

Dices, Christum D[omi]ni perfectissimum ha-
buerit suarum passionum omnium dominium,
tamen vehementer erubuisse, dum ante flagel-
lationem omnibus exitus vestimentis denu-
datus fuisset, & nudus in cruce penderet: Ergo
catere erubescentiā in denudatione, non est ef-
fectus dominij passionum.

Respondeo, concedendo antecedens, negando
consequentiā. Ita enim Christus D[omi]ni volunta-
ti, imperans passioni verecundia erubuit, sicut
imperando alii suis passionibus, seu, ut ait S. Hieronymus, propassionib[us] timuit, tristitia
est, turbavit semetipsum, infremuit, doluit, ira-
tus est, &c. nimis, ut se verum hominem
Aug. in Psal. 87.
Hier. Bed. ostenderet, quemadmodum scribit S. Augustinus, S. Hieronymus, Beda, Euthymius & Theo-
phylactus, seu, ut se veram carnem humanam
suscepisse demonstraret, ut vult S. Chrysostomus,
Origenes & S. Leo: & ut omnes humanas
molestias nostras, nostra redēptionis & sati-
factiōis causa suscipere. Sicut ergo non ob-
stant alii passionum actus & thorax in Christo,
ab eo voluntarii suo imperio asciti & aduocati,
quod minus dicamus aliquos Dei seruos habui-
se dominum passionum ira, timoris, tristitia,
doloris circa quædam obiecta (ut supr[em]a allatis
exemplis num. 56, 93, 94, 95, ostensum est) ita hec
Christi nudati erubescētia voluntariè ab eo
accēta, non obstat, quod minus dicamus ei quo-

que circa aliqua obiecta Dominos passionum
dominari eam non sentiendo. Sicut enim in re-
bus naturalibus Deus suum prebet concūsum
ad quosdā effectus, ad alios similes non prebet
(vti non prebeat ad combustionē sanctorum Dan. 3,
illorum puerorum, in Babylonica fornace, cu-
ius tamen ignis eodem tempore comburebat
chaldæos) ita in operibus gratiæ, quæ proma-
nent eius beneficium à passionum dominis, non
prebet suum concūsum ad actiones seu mo-
tus passionum circa aliqua obiecta, prebet vero
circa alia prorsus similia. Dominus est, facit id,
quod est placitum in oculis eius, nec illus ei
potest dicere: Domine cur ita procedis iniqua-
liter?

His rationibus motus fui ad afferendum il-
lum decimum nonum dominij passionum effec-
tum, laudatum & probatum ab aliis doctis
Theologis, in mēa prouincia, antequam extra
illam, propriā voluntate, nullā necessitate, milis-
sem reuidendum hoc Opusculum, etiam post
hanc secundam revisionem, ab aliis æquè do-
ctis & peritis rerum Theologicarum & Asceti-
carum, laudatum & probatum, tum quoad alia
puncta, tum quoad hoc ipsum. Sed, ut supr[em]a di-
xi, subdō meum iudicium, nec volo esse perti-
nax in meo sensu.

Hæc de effectibus dominij passionum suffi-
cient.

Meritò ergo exclamat Abbas Chæmon a. Coll. 11,
pud Cassianum: Magna verè, atque mirifica sunt, cap. 11.
nec vlt[er] hominum penitus, nisi his tantum, qui experi-
sum, nota, que Dominus fidelibus suis, adhuc in isto cor-
ruptionis vasculo constitutis, ineffabiliter libera-
litate. Quis enim in se opera Domini non miretur,
cum insatiablem mentis ingluientem, & sumptuosa[m]
gula perniciosemq[ue] luxuriam, ita in se viderit compre-
fendit, ut vix ipsum exiguum ac vilissimum cibum raro-
inutusq[ue] percipiat! Quis non obstupescat opera Dei,
cum illum ignem libidini, quem naturalem antea, &
velut inextinguibilem esse credebat, ita refrixisse per-
fenserit, ut ne simplici quidem corporis motu sentiat
incitari! Quomodo non virtutem Domini contremiscat
quisque cum homines quondam diros atque truculen-
tos, qui ad summum iracundia furorem, etiam blan-
disimus subditorum irritabantur obsequiis, ad tantam
transfisi viderit lenitatem, ut non solim nulla iam
commoneantur iniurias, sed etiam cum illata fuerint,
summa magnanimitate congaudeant &c. Ita sunt
prodigia que posuit super terram, que Propheta conser-
derans, ad admirationem eorum cunctos populos aduo-
cat, dicens: Venite, & videite opera Dei, que posuit pro-
digia super terram, auferens bella, usque ad finem terra
&c. Ut prætermittam illas semotas atque absconditas
dispensationes Dei, quas intra se peculiariter exerceri
mens Sanctorum omnium momentis singulis inueniuntur,
illam ictus infusionem letitia spiritualis, quā die-
tus animus insperati gaudij alacritate festollatur ad
illos ignitos cordis excessus, & tam ineffabilia, quā
inaudita solatia gaudiorum, quibus non nunquam
ignorat.

IV. DE HUMANARVM PASSIONVM DOMINIO.

305

ignauissimo stupore torpentes, ad orationem feruentissimam, velut de somno profundiissimo suscitamur.
decas. Sed, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Carnis
con. 1^o prudentia, quia sunt imbuti rapidi, Discoli, & impa-
col. 1^o perfecti magnalia Dei metitur humano modo, & sa-
da Spiritus secundum carnem iudicat. Quod capit ra-
tione, credit, impugnat autem, quod intelligere negatur.
Ignorat enim Diuina longè ab humano distare, nec in-
igo pure fidei valer colla submittere. Adueratur simplici-
tati, quia mater est interna dulcedens. Aliis credere
1 Cor. non potest propter sua tunorem superbia. Nam anima-
li homo non percipit ea, que Dei sunt: & vt ait S.
Gregorius Nazianzenus, Et sere, ut quod quisquam
et funeb. sequi non posse, id ob inuidiam, (vel alium queri-
in laudem animi affectum) ne credibile videtur.
Patris.

Pot explicatum passionum dominum præ-
monendus est virtutis studiosus, ne putet ver-
rum esse vniuersaliter, id quod scriptit S. Dia-
dochus: Poslequam vniuersas ferè passiones homo
Dei vicerit, duos remanere demones luctantes cum eo:
quorum una quidem turbas faciat anima, dum ita
cam ab amore Dei ad importunum zelum traducit, vt
nullum alium atque se Deo placere velit: alter verò
corpori, dum illud ad desiderium rei venerata incendij
cunctam operatione moveat. Hoc enim non solum
dominis passionum non accidere suprà exemplis
allatis ostendit, sed ne quidem multis corū,
qui diu in virtutis stadio feruentur currunt, et
iam non sint asecuti perfectum passionum
dominium, quotidiana experientia ostendit.
Tantum ergo vult dicere S. Diadochus, etiam
aliquos (non omnes) dominio passionū à Deo
ornatos, pati aliquando has duas tentationes,
quod verisimum est, vt exemplis allatis often-
dam in Opusculo de indicis & gradibus pro-
fectus.

CAPV DECIMVM QVINTVM,

Quibus modis ex parte Dei, serui Dei effe-
quentur tale passionum dominium, qua-
le de scriptis?

R Epondeo. Diuinæ gratiae beneficio illud eos
assequi non tamē omnibus uno eodem
modo eam communicari. Iuxta communem
1. de obd. viuendi cursum, inquit B. Laurentius Iustinianus,
ep. 17. aditari perhibemus, seruatā semper gloriā aeterna
Majestatis, qua per Spiritum suum quando vult, absē-
morā aliquā. Sapientia scientiaque sermonem, lingua-
rum gratiam, interpretationes facrorum eloquiorum,
discretionemque spirituum imperit. Viros signi-
dem, quos ad perfectionis fastigium, atque singularem
sanctitatis prerogatiuam eligere dignatur, abundan-
ter spiritualibus replet donis, multiplici perfundi gra-
tiā caelestis, decorat sapientiā, & laudabilis conuersatio-
ne sanctificat. Ceteros verò sibi famulantes permittit
per incrementa proficere, & paulatim virtutum
actibus non sine labore insigniri. Eodem modo, quā-

tum potui ex Historiis Ecclesiasticis colligere,
tribus modis solet Deus hoc seruis suis electis
largiri in passiones dominum.

Quibusdam sine villâ protus ex parte eo-
rum preciū dispositione, etiam supernatura-
li. Quibus enim, inquit B. Laurentius Iustinia-
nus, largiuā manu sua communicare, atque am-
plissima vult retribuire dona, repente, & sine pro-
gressu id perficit. Quod in iis tantum contin-
git, quos Deus ab ipso vita, vel vsus rationis
exordio, repente euehit ad eximiam sanctitatem,
eamque tali passionum dominio, & admirandi aliis, ac valde raris suis donis locu-
pleteat. Horum è numero, & vt omittam alios
Sanctos minùs notos, fuit S. Ioannes Baptista, & S. Hieremias, ab vtero adhuc sanctifi-
cati priusquam nati. Huc reuocari potest in
gradu inferiore, S. Catharina Senensis, &
noster B. Aloysius Gonzaga, ac B. Stanislaus Kostka, qui vix usus rationis inchoato, san-
ctissime vivere, & rarissimis Dei donis splen-
dere cœperant, vt constat ex Vitis eorum des-
criptis.

Alius verò hoc passionum dominium Diu-
na liberalitas concedit, per, & post multos he-
roicos actus virtutum editos, fideliter coope-
rante eorum libero arbitrio spiritualibus Di-
uinæ gratiæ, eos excitantis & adiuvantis, au-
xiliis, sine quibus nihil potest sperari ab ul-
lo. Quamvis enim Deo omnia suppeti posse, cum S. in festo
vult, inquit B. Laurentius Iustinianus, rarissi-
mè tamen in spirituali disciplinâ, & perfectione vir-
tutum quempiam consummatum effectit, sine diutur-
nâ, laboriosaque exercitatione. Hoc norunt, qui Christo
in spiritu militant. Hinc tam pauci perseverant
in studio, pauciores pertingunt ad palmam. Et hic
modus est ordinarius, quo Deus euehit ali-
quos seruos, ex massa, & vulgo hominum educi-
ens, & collocans cum principibus populi sui,
scilicet cum personis ad altissimam vita perfe-
ctionem à se euectis. Ita remuneratur diuina, laboriosa, & heroicæ, ac perfecta suorum seruo-
rum obsequia sibi præstita. Quorum utrumque
pulchre describit sic S. Macarius: Anima, quam hom. 15.
Christie sponsus caelestis, sibi desponsans in societatem
suam mysticam, ac dinam, quæ gustauit opes caelestes,
diligenter & ingenuè placere debet Sponso suo Christo,
ac ministerium fibi creditum decenter ac conne-
cienter implere: nempe Deo placens per omnia, & Spi-
ritum in nullo contristans, preclarum erga illum tem-
perantiam & dilectionem sicut oportet, conservans, in
domo Regis caelestis rectè conuersans, quacunque potest
benevolentia datam, gratiam amplexa. Eiusmodi ani-
ma omnium honorum Christi Domina constituitur:
corpus verò illius, præclarum Diuinitatis illius habita-
culum.

Quid mirum ergo si, qui tales sunt, & anima
plena eximiis virtutibus ornata habeant, &
corpus edomitis passionibus, ac dominio talis
animæ plenè subiectis, tranquillum circuferant.

Cc 3 ter-